Deus qui ſanctã crucẽ tuã aſcendiſti et mũdi tenebras illuiaſti: tu corda et corpa nr̃a illuiare dignare ſaluator mundi. Qui viuis ⁊ reg. cũ deo pře. Vel or̃.

Perpetua q̃s dñe pace cuſtodi: quos p lignũ ſctẽ crucis redimere dignatus es ſaluator mũdi. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo pře i vnitate ſ. ſ. d. Vel or̃.

Adeſto nob̃ dñe deus noſter: et quos ſctẽ cruc̃ letari facis honore: ei⁹ quoq3 ꝑpetuis defende ſubſidiis. Per xp̃m. Meõria de ſctã maria ad matut. an. Beata mater et innupta virgo. vt ꝑ̃ius ſupra ℣. Poſt partũ virgo. ¶ Or̃.

Famuloꝝ tuoꝝ q̄s dn̄e delicꝫ ignosce. vt qui tibi placere de actibus nr̄is nō valem⁹: genitric̄ filii tui dei nr̄i itercessiōe saluemur.

Oīps sempi Vel. or. terne d̄s nos famulos tuos dextera tue potētie a cūctis protege periculis et gloriose b̄te marie sp̄ virginis intercessiōe: fac nos p̄senti gaudere prosperitate et futura. Per xp̄m. Alia de ea. Or. Concede q̄s dn̄e. ad miss. de sc̄a maria per totū annū. Or ad pref. et ad cōpl. de ea tm̄. Cōmē de oībꝫ sc̄is. Ad mat. a. Exultabūt sc̄i in gl'ia letabūtur i cubilibꝫ suis. V. Mirabilis de⁹ in sc̄is suis. R. Et gl'iosus i maiestate sua.

Infirmitatē no Or. stram q̄s dn̄e ꝓpicius respice: et mala oīa q̄ iuste meremur: oīum sc̄tōꝝ tuoꝝ intercessiōe auerte. Per d.

Omniū sc̄tōꝝ Vel or. tuoꝝ q̄s dn̄e intercessione placat⁹: ꝛ veniā delictorū nob̄ tribue: ꝛ remedia sempiterna ꝯcede. Per d. Vel or.

Vide dn̄e infirmitates nr̄as: et itercedētibus oībꝫ sc̄is: celeri nob̄ pietate succurre. Per do. Vel. Or.

Tribue q̄s dn̄e oēs sanctos tuos iugiter orare ꝓ nob̄: ꝛ eos sp̄ clementer exaudire digneris. Per do.

Cōmē de cruce ad vēs. an. Salua nos xp̄e saluator per virtutē sc̄e crucis q̄ saluasti petrū i mari miserere nobis. V. Oīs terra ado. Vel. an. Per signū crucis de inimicis nr̄is libera nos deus nr̄. Vel. an. Adoram⁹ te xp̄e ꝛ benedicim⁹ tibi q̄ per crucē tuā redemisti mūdum. V. Oīs t. or. vt s̄. ad mat. Cōmē de sc̄a maria ad vēs. an. Sācta maria virgo itercede pro toto mundo q̄ genuisti regē orbis. V. Sc̄tā dei genitrix virgo sp̄ maria. Vel. an. Sc̄tā dei genitrix virgo sp̄ maria intercede pro nobis ad dn̄m deū nostrum. V. Post partū. Vel. an. In prole mater, in partu virgo/gaude ꝛ letare pia mater dn̄i. V. Sc̄tā dei genitrix. Or. vt s̄. ad mat. Cōmē de oībꝫ sc̄is ad vēs. an. Sancti dei oēs qui estis cōsortes supnorū ciuiū intercedite ꝓ nobis. V. Letamini. Exultent. Vel. an. Oēs electi dei nr̄i memoramini ante deū vt vr̄is precibꝫ adiuti: mereamur vobis adiūgi. V. Letami. Exult. Vel. an. Sctōꝝ precibꝫ cunctoꝝ redde salutē corporis ⁊ aīe xp̄e tuis famulis. ℣. Letami. Vel. an. O q̄ gliosum est regnū in quo cū xp̄o gaudent oēs sancti amicti stolis albis sequūtur agnū quocūqꝫ ierit. ℣. Letami in dn̄o. Isti duo ℣ ad memoriā de oībꝫ scis nō variātur: nisi cū ℣ꝰ Letamini ad primas vēs dī: tūc ad mēm de oībꝫ scis dicet̄ ℣. Exultēt iusti. Similr̄ ad matut̄ qn̄ ℣. Mirabilis deꝰ dē in laud: tūc ad meō. de oibus scis dicet̄ ℣. Iustoꝝ aīe i manu. Qd̄ per totū annū obseruet̄ nisi in aduētu et i t̄pe pas. Or̄ vt s̄ ad mat̄. A deus oīm vsqꝫ ad aduētum in laudibꝫ dē hic hyꝰ.

Ecce iā noctis tenuatur vmbra luc̄ aurora rutilās choruscat nisibꝫ totis rogitemꝰ oēs cūctipotētem Vt deꝰ noster miseratus oēm pellat lāguorē tribuat salutē donet et nob̄ pietate pr̄is regna poloꝝ. Prestet hoc nobis deitas btā patris ac nati paritqꝫ sācti sp̄ūs cuiꝰ reboat in oī glīa mūdo. Amen. ℣. In matutis. ⁊ vēs.

Feria. iii. ad mat̄. Inuitat̄. Jubilemus deo salutari nostro. ps. Venite exultemus. Hyꝰ.

Consors paterni luminis lux ipse luc̄ et dies noctē canēdo rūpimꝰ assiste postulātibus. Aufer tenebras mentiū fuga cateruas demonū expelle sōnolētiā: ne pigritātes obruat. Sic xp̄e nobis oibus indulgeas credētibꝫ vt psit exorantibꝫ qd̄ p̄cinētes psallimꝰ. Presta pē piissi. Per estatem. yꝰ. Nocte surgentes. ps. liiii.

Dixi custodiā vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiā: cū consisteret peccator aduersū me Obmutui et humiliatꝰ sum et silui a bonis: ⁊ dolor meꝰ renouatꝰ est. Concaluit cor meū intra me: et in meditatione mea exardescet ignis. Locutꝰ sū in lingua mea: notū fac michi dn̄e finē meum. Et numerū dieꝝ meoꝝ quis est: vt sciā qd̄ desit m̄. Ecce mēsurabiles posuisti dies meos: ⁊ substātia mea tanq̄ nichilū ante te. Verūtamē vniuersa vanitas: ois hō viuēs. Verūtamē i ymagine pertrāsit hō: sed ⁊ fruſtra ɔturbať. Theſaurizat et ignorat cui cōgregabit ea. Et nūc q̄ eſt expectatio mea nōne dn̄s: et ſubſtātia mea apud te eſt. Ab oībꝫ iniq̄tatibus meis erue me: opprobriū iſipiēti dediſti me. Obmutui et nō apui os meum qm̄ tu feciſti: amoue a me plagas tuas. A fortitudie man⁹ tue ego defeci: in increpationibꝫ ꝓpter iniq̄tatem corripuiſti hoīem. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam aīam eius: verūtamē vane cōturbatur oīs hō. Exaudi orōem meā dn̄e ⁊ dep̄cationem meā: auribꝫ percipe lachrymas meas. Ne ſileas qm̄ aduena ego ſū apud te et pegrin⁹ ſicut oēs patres mei. Remitte michi vt refrigerer priuſq̄ abeam: et amplius non ero. ꝑ.lx.

Expectās expectaui dominū: et intēdit michi. Et exaudiuit p̄ces meas et eduxit me de lacu miſerie ⁊ de luto fecis. Et ſtatuit ſupra petrā pedes meos: et direxit greſſus meos. Et immiſit i os meū canticū nouū: carmē deo noſtro. Videbūt multi ⁊ timebūt: ⁊ ſperabūt in dn̄o. Beatus vir cui⁹ eſt nomē dn̄i ſpes eius: et non reſpexit i vanitates et inſanias falſas. Multa feciſti tu dn̄e deus me⁹ mirabilia tua: et cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi. Annūciaui et locutus ſū: multiplicati ſūt ſup numerū. Sacrificiū ⁊ oblationē noluiſti: aures aūt ꝑfeciſti michi. Holocauſtum et pro pctō nō poſtulaſti: tūc dixi ecce venio. In capite libri ſcriptū eſt de me vt facerem volūtatē tuā: de⁹ me⁹ volui et legē tuā in medio cordis mei. Annūciaui iuſticiam tuā in eccl̄a magna: ecce labia mea non ꝓhibebo dn̄e tu ſciſti. Iuſticiā tuam nō abſcōdi in corde meo: veritatē tuā ⁊ ſalutare tuū dixi. Non abſcōdi miam tuam et veritatē tuā: a cōſilio multo. Tu aūt dn̄e ne lōge facias miſeratōes tuas a me: mia tua ⁊ veritas tua ſemꝑ ſuſceperūt me. Qm̄ circūdederūt me mala quoꝝ nō eſt numer⁹: cōpiehēderunt me iniq̄tates mee: et non potui vt viderē. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me: dn̄e ad adiuuandū me reſpice. Confundātur et reuereantur ſimul qui q̄rūt aiam meā vt auferāt eam. Conuertātur retrorſū et reuereātur: qui volūt michi mala. Ferāt cōfeſtim confuſionē ſuam: qui dicunt michi euge euge. Exultēt et letētur ſuper te oēs querētes te: et dicāt ſp̄ magnificetur dn̄s qui diligūt ſalutare tuū. Ego aūt mēdicus ſum et paup̄: dn̄s ſollicitus eſt mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris. Gloria. an. Vt non delinquam in lingua mea. ps. lvi.

Beatus q̄ intelligit ſup egenum et paup̄em: in die mala liberabit eū dn̄s. Dn̄s cōſeruet eū ⁊ viuificet eū et beatū faciat eū in terra: et non tradat eum in aiam inimicoꝝ eius. Dn̄s opem ferat illi ſup lectū doloris eius: vniuerſū ſtratū eius verſaſti in infirmitate eiꝰ. Ego dixi dn̄e miſerere mei: ſana aiam meā q̄ peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala michi: q̄n̄ morietur ⁊ peribit nomē eiꝰ. Et ſi ingrediebatur vt videret vana loq̄baꝛ: coꝛ eiꝰ congregauit iniq̄tatē ſibi. Egrediebaꝛ foras: ⁊ loq̄batur in idipſm̄. Aduerſū me ſuſurrabāt oēs inimici mei, aduerſum me cogitabāt mala m̄. Verbū iniquū cōſtituerūt aduerſū me: nunq̄d qui doꝛmit nō adiiciet vt reſurgat. Etenī hō pacis mee i quo ſp̄aui q̄ edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplātationē. Tu aūt dn̄e miſerere mei: et reſuſcita me ⁊ retribuā eis. In hoc cognoui q̄m voluiſti me: q̄m nō gaudebit inimicꝰ meꝰ ſup me. Me aūt ꝓpter inocentiā ſuſcepiſti: et ꝯfirmaſti me i cōſpectu tuo in eternū. Benedictꝰ dn̄s deus iſrł: a ſeclo et in ſeculū fiat fiat. ps. lvii.

Quemadmodū deſyderat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita deſiderat anima mea ad te deꝰ. Sitiuit aia mea ad deū fontē viuū: q̄n̄ veniā et apparebo ante faciem dei. Fuerunt michi lachꝛyme mee panes die ac nocte: dũ dicit̃ michi quotidie vbi eſt deꝰ tuꝰ. Hec recordatꝰ ſũ ⁊ effudi ĩ me aiaꝫ meã: qm̃ trãſibo in locũ tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domũ dei. In voce exultationis ⁊ cõfeſſionis: ſonꝰ epulãtis. Quare triſtis es aĩa mea: et q̃re ꝯturbas me. Spera ĩ deo qm̃ adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deꝰ meꝰ. Ad meipſum aĩa mea cõturbata eſt: propterea memoꝛ ero tui de terra iordanis ⁊ hermoniim: a mõte modico. Abyſſus abyſſũ inuocat: ĩ voce catharactaꝝ tuaꝝ. Omnia excelſa tua ⁊ fluctꝰ tui: ſup me trãſierunt. In die mãdauit dñs miĩam ſuam: et nocte canticũ eius. Apud me orõ deo vite mee dicam deo ſuſceptoꝛ meꝰ es. Quare oblitꝰ es mei et q̃re ꝯtriſtatꝰ incedo: dũ affligit me inimicꝰ. Dũ ꝯfringũtur oſſa mea: exprobrauerũt michi q̇ tribulant me ĩimici mei. Dũ dicunt michi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus. Quare triſtis es aĩa mea: et quare ꝯturbas me. Spera ĩ deo qm̃ adhuc cõfitebor illi: ſalutare vultus mei ⁊ deꝰ meꝰ. Gła. á. Sana dñe aĩam meam qꝛ peccaui tibi.

Iudica me ps. lviij. deꝰ et diſcerne cauſam meã de gẽte nõ ſcã: ab hoĩe iniquo ⁊ doloſo erue me. Qꝛ tu es deꝰ fortitudo mea q̃re me repuliſti ⁊ quare triſtis incedo dũ affligit me ĩimicꝰ. Emitte lucẽ tuã ⁊ veritatem tuã: ipſa me deduxerũt et adduxerũt in montẽ ſanctum tuũ et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deũ q̇ letificat iuuentutẽ meã. Cõfitebor tibi in cythara deꝰ deꝰ meus q̃re triſtis es aĩa mea et q̃re cõturbas me. Spera in deo qm̃ adhuc ꝯfitebor illi: ſalutare vultꝰ mei ⁊ deꝰ meus. ps. lix.

Deus auribꝫ nrĩs audiuimꝰ: patres nrĩ annunciauerũt nobis. Opus qđ operatus es in diebꝫ eoꝝ et in diebꝫ antiquis. Manus tua gẽtes diſperdidit et plantaſti eos: afflixiſti pplos et expuliſti eos. Non eni in gladio ſuo poſſederũt terrã: et brachiũ eoꝝ non ſaluauit eos. Sed dextera tua ⁊ brachiũ tuū et illuīatio vultus tui: qm̄ cōplacuiſti ī eis. Tu es ipſe rex meꝰ et deus meꝰ: qui mādas ſalutes iacob. In te inimicos nr̄os vētilabimꝰ cornu: et in noīe tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.

Non eni in arcu meo ſperabo: ⁊ gladius meꝰ nō ſaluabit me. Saluaſti eni nos de affligētibꝫ nos: et odientes nos confudiſti. In deo laudabimur tota die: et in noīe tuo ꝯfitebimur tibi in ſeclm. Nūc aūt repuliſti et cōfudiſti nos: ⁊ nō egredier deus in virtutibus noſtris.

Auertiſti nos retrorſū poſt inimicos nr̄os: et q̇ oderūt nos diripiebāt ſibi. Dediſti nos tanq̄ oues eſcaꝝ: et in gētibꝫ diſꝑſiſti nos. Vēdidiſti pplm tuū ſine p̄cio: et nō fuit multitudo ī ꝯmutatiōibꝫ eoꝝ. Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris: ſubſannationē ⁊ deriſū his qui ī circuitu noſtro ſunt.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibꝫ: cōmotionē capitis ī populis. Tota die verecūdia mea ꝯtra me eſt: ⁊ ꝯfuſio faciei mee cooꝑuit me. A voce exprobrātis et obloquētis: a facie inimici et ꝑſequentis. Hec oīa venerūt ſuꝑ nos nec obliti ſumus te: et iniq̄ nō egimꝰ in teſtamento tuo. Et non receſſit retro cor noſtrū: et declinaſti ſemitas nr̄as a via tua. Qm̄ hūiliaſti nos ī loco afflictiōis: ⁊ cooꝑuit nos vmbra mortꝭ. Si obliti ſumus nomen dei nr̄i: et ſi expandimꝰ manꝰ nr̄as ad deū alienū. Nonne deꝰ req̇ret iſta: ipſe eni nouit abſcondita cordis. Qm̄ propter te mortificamur tota die: eſtimati ſumꝰ ſicut oues occiſionis. Exurge q̄re obdormis dn̄e: exurge et ne repellas ī finē. Quare faciē tuā auertis: obliuiſceris īopie nr̄e ⁊ tribulatiōis nr̄e. Qm̄ hūiliata eſt in puluere aīa noſtra: cōglutinatꝰ eſt ī terra venter noſter. Exurge domie adiuua nos: redime nos ꝑpter nomē tuū. p̄. lx.

ERuctauit cor meū verbum bonū: dico ego oꝑa mea regi. Lingua mea calamꝰ ſcribe: velociter ſcribentis. Specioſus forma pre filiis hoīm: diffusa est gratia in labiis tuis: propterea bñdixit te deus in eternum. Accingere gladio tuo sup femur tuum: potētissime. Spē tua ⁊ pulcritudīe tua intēde ꝓspe ꝓcede ⁊ regna. Propter veritatē ⁊ māsuetudinē ⁊ iusticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute: ppli sub te cadent in corda inimicoꝝ regis. Sedes tua de⁹ in seculū scli: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie pre ꝯsortibꝫ tuis. m Myrrha et gutta et cassia a vestimētis tuis: a domibꝫ eburneis ex quibꝫ delectauerūt te filie regū in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circūdata varietate. Audi filia ⁊ vide et iclina aurē tuā: et obliuiscere populū tuū et domū pris tui. Et cōcupiscet rex decorem tuū: qm̄ ipse est dñs de⁹ tu⁹ et adorabūt eū. Et filie tyri in muneribꝫ vultū tuū deprecabunt: oēs diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis: circūamicta varietatibus. Adducētur regi virgines post eā: proxime ei⁹ afferent tibi. Afferent in leticia et exultatiōe: adducētur in tēplū regis. Pro patribꝫ tuis nati sūt tibi filii: cōstitues eos pncipes sup oēm terrā. Memores erūt nois tui dñe: in oi gñatione ⁊ generationē. Propterea ppli cōfitebūtur t̄ in eternū: et i sclm scli. Gloria. Añ. Eructauit cor meū verbū bonum. ps. lxi.

Deus noster refugiū et virtus: adiutor in tribulatōibꝫ q̄ inuenerūt nos nimis. Propterea nō timebim⁹: dū turbabitur terra ⁊ trāsferent mōtes i cor maris. Sonuerūt ⁊ turbate sunt aq̄ eoꝝ: ꝯturbati sūt mōtes in fortitudīe eius. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei: sctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Deus i medio ei⁹ nō ꝯmouebitur: adiuuabit eā de⁹ mane diluculo. Conturbate sūt gētes et iclinata sūt regna: dedit vocē suā mota est terra. Dñs ꝟtutū nobiſcum: ſuſceptoꝛ noſter deus iacob. Venite ⁊ videte opa dñi: q̄ poſuit prodigia ſup terrā: Auferēs bella vſqꝫ ad finē terre: arcū ꝯteret et confringet arma et ſcuta cōburet igni. Vacate ⁊ videte qm̄ ego ſum deus: exaltaboꝛ in gentibus et exaltaboꝛ in terra. Dñs virtutū nobiſcum: ſuſceptoꝛ noſter deus iacob. ps. lxii.

Omnes gētes plaudite manibꝫ: iubilate deo i voce exultatiōis. Qm̄ dñs excelſus terribilis: rex magnus ſup oēm terrā. Subiecit populos nobis: et gentes ſub pedibꝫ nrīs. Elegit nobis hereditatē ſuam: ſpeciē iacob quem dilexit. Aſcendit deus in iubilo: et dñs i voce tube. Pſallite deo noſtro pſallite: pſalite regi noſtro pſallite. Qm̄ rex oīs terre deus: pſallite ſapiēter. Regnabit deus ſuper gentes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Principes populoꝝ cōgregati ſunt cum deo abraham: qm̄ dii fortes terre vehemēter eleuati ſūt. Gloria patri. an. Adiutoꝛ in tribulationibꝫ. ps. lxiii.

Magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate dei nrī in mōte ſcō eiꝰ. Fūdat exultatōe vniuerſe t̄re mōs ſyō latera aq̄lonis: ciuitas regis magni. Deꝰ in domibꝫ eiꝰ cognoſcet̄: cū ſuſcipiet eā. Qm̄ ecce reges terre ꝯgregati ſūt: ꝯuenerūt in vnū. Ipſi videntes ſic āmirati ſūt ꝯturbati ſūt ꝯmoti ſūt: tremoꝛ app̄hendit eos. Ibi dolores vt ꝑturiētis: in ſpū vehementi conteres naues tharſis. Sicut audiuimꝰ ſic vidimꝰ in ciuitate dñi virtutū in ciuitate dei nrī: deꝰ fūdauit eā in eternū. Suſcepimus deꝰ miām tuā: i medio tēpli tui. Sc̄dm nomē tuū deꝰ ſic ⁊ laus tua i fines t̄re iuſticia plena ē dextera tua. Letet̄ mōs ſyō ⁊ exultēt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe. Circūdate ſyō et ꝯplectimini eā: narrate in turribꝫ eius. Ponite corda vr̄a in virtute eiꝰ et diſtribuite domos eiꝰ: vt enarret̄ in ꝓgenie altera. Qm̄ hic ē deꝰ deus noſter i eternū ⁊ i ſcłm ſcłi: ipſe reget nos in ſcła. ps. lxiiii

Audite hec oēs gentes: auribȝ pcipite oēs qui habitatis orbē. Quiqȝ terrigene ⁊ filii hoīm: ſimul in vnū diues ⁊ pauper. Os meū loq̄tur ſapientiā: et meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurē meā: aperiā in pſalterio ꝓpoſitionē meā. Cur timebo in die mala: iniq̄tas calcanei mei circūdabit me. Qui ↄfidūt i virtute ſua: et in multitudine diuitiarū ſuaꝝ gliantur. Frater non redimit redimet hō: et non dabit deo placationē ſuam. Et preciū redēptionis aīe ſue: et laborabit in eternū ⁊ viuet adhuc in finē. Non videbit interitū cū viderit ſapiētes moriētes: ſimul inſipiens ⁊ ſtultꝰ peribunt. Et relinquent alienis diuitias ſuas: et ſepulcra eoꝝ domꝰ illoꝝ in eternū. Tabernacula eoꝝ in ꝓgenie et ꝓgenie: vocauerunt noīa ſua i terris ſuis. Et hō cum in honore eſſet nō intellexit: cōparatꝰ eſt iumētis inſipiētibȝ et ſimilis factꝰ ȝ illis. Hec via illoꝝ ſcādalū ipſis: ⁊ poſtea in ore ſuo ↄplacebūt. Sicut oues in iferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et dñabūtur eoꝝ iuſti i matutino et auxiliū eoꝝ veteraſcet in inferno a glia eoꝝ. Verūtamen deꝰ redimet aīam meā de manu inferi: cū acceperit me. Ne timueris cū diues factꝰ fuerit hō: et cū multiplicata fuerit glia domꝰ eiꝰ. Qm̄ cū interierit nō ſumet oīa: neqȝ deſcēdet cū eo glia eius. Quia aīa eius in vita ipſius bn̄dicetur: cōfitebitur tibi cū bn̄feceris ei. Introibit vſqȝ in ꝓgenies patrum ſuoꝝ: et vſqȝ in eternū nō videbit lumen. Homo cū in honore eſſet non intellexit: cōparatꝰ eſt iumētis inſipientibȝ ⁊ ſimilis factꝰ ȝ illis.

Gloria. an. Auribȝ percipite: qui habitatis orbem. ps. lxv.

Deus deoꝝ dñs locutꝰ eſt: et vocauit terram. A ſolis ortu vſqȝ ad occaſum: ex ſyon ſpecies decoris eius. Deus manifeſte veniet: deus noſter ⁊ nō ſilebit. Ignis in cōſpectu eiꝰ exardeſcet: ⁊ in circuitu eius tēpeſtas valida. Aduocauit celum deſurſum: et terram diſcernere pplm̄ ſuū. Congregate illi ſctōs eiꝰ: q̄ ordinant teſtamentū eiꝰ ſuꝑ ſacrificia. Et annūciabunt celi iuſticiā eiꝰ: qm̄ deus iudex eſt. Audi ppl̄s meus ⁊ loquar iſrael: et teſtificabor tibi deꝰ deus tuꝰ ego ſū. Nō in ſacrificiis tuis arguā te: olocauſta aūt tua ī ꝯſpectu meo ſūt ſp. Non accipiā de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hyrcos. Qm̄ mee ſūt oēs fere ſiluaꝝ: iumenta in mōtibꝫ et boues. Cognoui oīa volatilia celi: et pulchritudo agri mecū eſt. Si eſuriero nō dicam tibi: meꝰ eſt eī orbis terre: ⁊ plenitudo eiꝰ. Nunq̄d manducabo carnes tauroꝝ: aut ſanguinem hyrcoꝝ potabo. Immola deo ſacrificium laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis: eruā te ⁊ honorificabis me. Peccatori aūt dixit deꝰ: quare tu enarras iuſticias meas ⁊ aſſumis teſtamentū meū per os tuū. Tu vero odiſti diſciplinā: et ꝓiecisti ſermones meos retrorſū. Si videbas furē currebas cū eo: et cū adulteris portionē tuā ponebas. Os tuū abūdauit malicia et ligua tua cōcinnabat dolos. Sedēs aduerſꝰ fratrē tuū loq̄baris: et aduerſus filium matris tue ponebas ſcandalū, hec feciſti et tacui. Exiſtimaſti iniq̄ ꝙ ero tui ſimilis: arguā te ⁊ ſtatuam cōtra faciē tuā. Intelligite hec q̄ obliuiſcimini deū: neq̄n rapiat et nō ſit qui eripiat. Sacrificiū laudis honorificabit me: et illic iter quo oſtēdā illi ſalutare dei. Non dr̄ ad nocturnū iſte ps. lxvi.

Miſerere mei deꝰ: ſcdm magnā miam tuā. Et ſcdm multitudinē miſerationū tuaꝝ: dele iniq̄tatem meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo mūda me. Quoniā iniq̄tatē meā ego cognoſco et pctm̄ meū ꝯtra me eſt ſp. Tibi ſoli peccaui et malū corā te feci vt iuſtificeris in ſermonibꝫ tuis: et vincas cum iudicaris. Ecce enī in iniquitatibꝫ cōceptꝰ ſum: et in pctīs concepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexisti: incerta et occulta sapientie tue maifestasti michi. Asperges me hysopo et mundabor: lauabis me et sup niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudium et leticiam: et exultabūt ossa humiliata. Auerte faciem tuam a pc̄is meis: et oīs iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me deus: et spiritum rectum innoua in visceribz meis. Ne proiicias me a facie tua: et spiritumsanctū tuū ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spū principali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiā tuā. Dn̄e labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuā. Qm̄ si voluisses sacrificium dedissem: vtiqz olocaustis nō delectaberis. Sacrificium deo spūs contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies. Benigne fac dn̄e in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hiersm. Tūc acceptabis sacrificiū iusticie oblatiōes et olocausta: tūc imponent super altare tuum vitulos. ꝑ. lxvii.

Quid gl'aris i malicia: qui potēs es i iniqtate. Tota die iniusticiā cogitauit ligua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolū. Dilexisti maliciā sup benignitatē iniqtatē magis q̄ loq equitatē. Dilexisti oīa vba precipitationis: ligua dolosa. Propterea deꝰ destruet te i finē: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo: et radicē tuā de terra vinētium. Videbūt iusti i timebūt et sup eū ridebūt et dicēt: ecce hō q̄ nō posuit deū adiutorē suū. Sed sꝑauit i multitudine diuitiaꝝ suaꝝ: et ꝑualuit in vanitate sua. Ego aūt sicut oliua fructifera i domo dn̄i: sꝑaui in mīa dei in eternū et i seculū seculi. Cōfitebor tibi i sc'm q2 fecisti: et expectabo nomē tuū qm̄ bonū est i cōspectu sanctoꝝ tuoꝝ. Gla. an. Deꝰ deoꝝ dn̄s locutꝰ est. ℣. Immola deo ſacrificiū laudis. ℟. Et redde altiſſimo vota tua. Ante laud. ℣. Fiat mīa tua do. In lau. an. Scdm magnā miam tuā miſerere mei. ps. Miſere. p. lxviii

Iudica me de⁹ ⁊ diſcerne cauſā meā de gēte nō ſctā: ab hoīe iniquo ⁊ doloſo erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repuliſti: ⁊ quare triſtis incedo dum affligit me inimicus. Emitte lucē tuam ⁊ veritatē tuā: ipſa me deduxerunt et adduxerūt i montem ſanctū tuum ⁊ in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutem meā. Confitebor tibi i cythara de⁹ deus meus quare triſtis es aīa mea et quare cōturbas me? Spera i deo qm̄ adhuc cōfitebor illi ſalutare vultus mei et deus meus. Gloria. an. Salutare vult⁹ mei ⁊ deus meus. an. Ad te de luce vigilo. ps. Deus de⁹ meus. p. lxix.

Ego dixi i dimidio dierū meoꝝ: vadā ad portas inferi. Queſiui reſiduū annoꝝ meoꝝ: dixi nō videbo dn̄m deū in terra viuentium. Non aſpiciā hoīem vltra: et habitatorē quietis. Generatio mea ablata eſt et cōuoluta eſt a me: quaſi tabernaculū paſtoꝝ. Preciſa eſt velut a texente vita mea: dū adhuc ordirer ſuccidit me. De mane vſqꝫ ad veſperā finies me: ſperabā vſqꝫ ad mane quaſi leo ſic cōtriuit oīa oſſa mea. De mane vſqꝫ ad veſperā finies me: ſicut pullus hyrūdinis ſic clamabo, meditabor vt colūba. Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpiciētes in excelſo. Dn̄e vim patior reſpōde pro me: quid dicā aut quid rn̄debit michi cū ipſe fecerit. Recogitabo tibi oēs annos meos: in amaritudine aīe mee. Dn̄e ſi ſic viuit̄ et in talibus vita ſpūs mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu autē eruiſti aīam meam vt non periret: ꝓiceciſti poſt tergū tuum oīa pctā mea. Quia non infernus confitebitur tibi neqꝫ mors laudabit te: nō expectabūt q̄ deſcēdūt in lacū veritatē tuā. Viuens

viuens ipse ꝯfitebitur tibi sicut et ego hodie: pater filiis notã faciet veritatẽ tuã. Dñe saluũ me fac: et psalmos nr̃os cãtabim⁹ cũctis diebꝫ vite nr̃e in domo dñi. Gloria. an. Cũctis diebꝫ vite nr̃e saluos fac nos dñe. an. In excelsis laudate deũ. ps. Laudate. cp. Uigilate ⁊ orate. y⁹. Ales diei nuncius lucẽ ꝓpinquã p̄cinit: nos excitator mentiũ iã xp̃s ad vitam vocat. Auferte clamat lectulos: egros sopore desides: casteqꝫ recti ac sobrii vigilate iã sũ prim⁹. Iesũ ciam⁹ vocibꝫ flentes precãtes sobrie: intẽta supplicatio dormire cor mũdũ vetat. Tu xp̃e sõnũ discute tu rumpe noctis vincula tu solue pctm̃ vet⁹: nouũqꝫ lumẽ ingere. Deo p̃ri sit g. ℣. In matutinis dñe. cp. Uigilate. Per estatẽ. y⁹. Ecce iam noctis. ℣. In matutinis dñe. a. Erexit dñs nobis cornu salutis in domo dauid pueri sui. ps. Benedictus. Preces vt s̃ in scda feria. Or̃. vt decet. Lc̃ vts̃.

¶ Fe. iiii. inuit. In manu tua dñe Oẽs fines terre. ps. Venite.

Pro v̄sꝯ Dñe ne in ira. y⁹. Rerum creator optime rectorqꝫ noster aspice: nos a q̄ete noxia mersos sopore libera. Te xp̃e sãctẽ poscim⁹ ignosce tu criminibꝫ: ad cõfitendũ surgimus morasqꝫ noctis rũpim⁹. Mẽtes manusqꝫ tollim⁹ ꝓpheta sicut nouim⁹ nobis gerẽdũ precipit paulusqꝫ gestis censuit. Uides malũ quod gessim⁹ occulta nr̃a pandimus p̄ces gemẽtes fũdim⁹ dimitte qd peccauim⁹. Presta pater. Per estatẽ. ps. lij.

Dixit insipiẽs in corde suo: nõ est deus. Corrupti sũt ⁊ aboĩabiles facti sũt i iniq̇tatibꝫ: nõ est qui faciat bonũ. Deus de celo p̄spexit sup filios hoĩm: vt videat si est itelligẽs aut req̇rens deũ. Oẽs declinauerũt: simul inutiles facti sũt: nõ est q̇ faciat bonũ: nõ est vsqꝫ ad vnũ. Nõne scient oĩs q̇ opant̃ iniq̇tatẽ: qui deuorant plebẽ meam sicut escã panis. Deũ nõ inuocauerũt: illic trepidauerũt timore vbi nõ erat timor. Qm̃ de⁹ diſſipauit oſſa eorū qui hoībꝫ placēt: cōfuſi ſūt qm̄ deus ſpreuit eos. Quis dabit ex ſyō ſalutare iſrael cū cōuerterit dn̄s captiuitateꝫ plebis ſue: exultabit iacob et letabitur iſrael. Nō dicitur ad nocturnū iſte pſ. lxx.

Deus in noīe tuo ſaluū me fac: ⁊ ī virtute tua iudica me. Deus exaudi orōem meā: auribꝫ percipe verba oris mei. Qm̄ alieni inſurrexerunt aduerſū me ⁊ fortes queſierūt aīam meā: ⁊ non propoſuerūt deū ante cōſpectum ſuū. Ecce ei de⁹ adiuuat me: et dn̄s ſuſceptor eſt aīe mee. Auerte mala inimicis meis: et ī veritate tua diſperde illos. Voluntarie ſacrificabo tibi: et confitebor noī tuo dn̄e qm̄ bonū ꝫ. Qm̄ ex oī tribulatione eripuiſti me: et ſuꝑ īimicos meos deſpexit ocul⁹ meus. pſ. lxxi.

Exaudi de⁹ orōnē meā: et ne deſpexeris dep̄cationē meā: intēde michi ⁊ exaudi me. Contriſtatus ſū in exercitatione mea: et cōturbatus ſū a voce īimici et a tribulatione pctōris. Qm̄ declinauerūt in me iniq̇tates: et in ira moleſti erāt m̄. Cor meū cōturbatū eſt in me: et formido mort' cecidit ſuꝑ me. Timor ⁊ tremor venerūt ſuꝑ me: et cōtexerunt me tenebre. Et dixi. quis dabit michi pēnas ſicut colūbe: et volabo ⁊ requieſcā. Ecce elongaui fugiens: et māſi in ſolitudine. Expectabā eū qui ſaluū me fecit a puſillanimitate ſpūs ⁊ tēpeſtate. Precipita dn̄e et diuide linguas eoꝝ: qm̄ vidi iniq̇tatē et cōtradictionē in ciuitate. Die ac nocte circūdabit eā ſuꝑ muros ei⁹ iniq̇tas: et labor in medio eius et iniuſticia. Et nō defecit de plateis ei⁹: vſura et dolus. Qm̄ ſi inimic⁹ me⁹ maledixiſſet m̄: ſuſtinuiſſem vtiqꝫ. Et ſi is qui oderat me ſuꝑ me magna locutus fuiſſet: abſcōdiſſem me forſitan ab eo. Tu vero hō vnanimis dux me⁹ ⁊ not⁹ meus. Qui ſimul mecū dl'ces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cū conſenſu. Veniat mors ſuꝑ illos: et deſcendāt in infernū viuētes. Qm̄ ne quicie ĩ habitaculis coꝝ: in medio coꝝ. Ego aũt ad dñꝫ clamaui: ⁊ dñs ſaluauit me. Veſpere ⁊ mane ⁊ meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocẽ meã. Redimet in pace aĩam meã: ab his q̇ appropinquãt michi: q̃m inter multos erãt mecũ. Exaudiet deus et humiliabit illos qui eſt ante ſecula. Non eni eſt illis cõmutatio et nõ timuerũt deũ: extendit manũ ſuã in retribuendo. Contaminauerũt teſtamẽtum eiꝰ: diuiſi ſũt ab ira vultꝰ eiꝰ: et appropinq̃uit cor illiꝰ. Polluti ſunt ſermões eiꝰ ſup oleũ: et ipſi ſunt iacula. Iacta ſuper dñm curã tuã et ipſe te enutriet: ⁊ nõ dabit ĩ eternũ fluctuationẽ iuſto. Tu vero deꝰ: deduces eos ĩ puteũ interitꝰ. Viri ſanguinũ et doloſi nõ dimidiabũt dies ſuos: ego aũt ſꝑabo in te dñe. Gloria. ã. Auertet dñs captiuitatẽ plebis ſue. ps. lxxii.

Miſerere mei deus q̃m cõculcauit me hõ: tota die ĩpugnans tribulauit me. Conculcauerunt me ĩmici mei tota die: quoniã multi bellãtes aduerſũ me. Ab altitudie diei timebo: ego vero in te ſperabo. In deo laudabo ſermones meos: in deo ſperaui nõ timebo quid faciat michi caro. Tota die verba mea execrabãtur: aduerſũ me oĩs cogitatões coꝝ in malum. Inhabitabũt ⁊ abſcõdẽt: ipſi calcaneũ meũ obſeruabũt. Sicut ſuſtinuerũt aĩam meã: pro nichilo ſaluos facies illos: ĩ ira pplos ꝯfringes. Deꝰ vitã meã annũciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas ĩ ꝯſpectu tuo. Sicut et ĩ ꝓmiſſiõe tua: tũc ꝯuertẽtur inimici mei retrorſũ. In q̃cunqꝫ die inuocauero te: ecce cognoui q̃m deꝰ meꝰ es. In deo laudabo ꝟbũ in dño laudabo ſ̃monẽ in deo ſꝑaui: nõ timebo q̇d faciat michi hõ. In me ſũt deus vota tua: que reddã laudationes tibi: Q̃m eripuiſti aĩam meã de morte ⁊ pedes meos de lapſu: vt placeã corã deo ĩ lumie viuẽtiũ. lxxiii.

Miſerere mei deꝰ miſerere mei: q̃m in te cõfi dit aīma mea. Et in vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo: donec trāſeat iniquitas. Clamabo ad deū altiſſimū: deum qui bn̄fecit michi. Miſit de celo ⁊ liberauit me: dedit in opprobriū cōculcantes me. Miſit de⁹ miām ſuā ⁊ veritatē ſuam: et eripuit aīam meā de medio catuloꝝ leonū, dormiui ꝯturbat⁹. Filii hoīm dētes coꝝ arma et ſagitte: et lingua coꝝ gladius acut⁹. Exaltare ſup celos de⁹: ⁊ in oēm terrā glia tua. Laqueū parauerūt pedibus meis: et incuruauerūt aīam meā. Foderūt ante faciē meā foueā: et iciderūt in eā. Paratū cor meū de⁹ paratū cor meū: cantabo et pſalmū dicā. Exurge glia mea exurge pſalteriū et cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis dn̄e: et pſalmū dicā tibi in gentibꝫ. Qm̄ magnificata eſt vſqꝫ ad celos miā tua: ⁊ vſqꝫ ad nubes veritas tua. Exaltare ſuper celos de⁹: et ſuper oēm terrā glia tua. Gloria patri. an. Qm̄ in te confidit anima mea. ps. lxxiiii.

Si vere vtiqꝫ iuſticiā loq̄mini: rege iudicate filii hoīm. Etenī ī corde iniq̄tates oꝑamini ī terra: iniuſticias manus vr̄e ꝯcinnāt. Alienati ſūt pctōres a vulua: errauerūt ab vtero locuti ſūt falſa. Furor illis ſcd̄m ſimilitudinē ſerpentis: ſicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas. Que non exaudiet vocem incātantiū: et venefici icantantis ſapienter. Deus cōteret dentes coꝝ in ore ipſoꝝ: molas leonū ꝯfringet dn̄s. Ad nichilū deuenient tanq̄ aqua decurrēs: intendit arcum ſuū donec infirmētur. Sicut cera q̄ fluit auferentur: ſupcecidit ignis et non viderūt ſolē. Priuſq̄ intelligerēt ſpine vr̄e rānū: ſicut viuentes ſic in ira abſorbet eos. Letabitur iuſtus cū viderit vindictā: manus ſuas lauabit in ſanguie pctōris. Et dicet hō ſi vtiqꝫ eſt fruc⁹ iuſto: vtiqꝫ eſt de⁹ iudicās eos in terra. ps. lxxv.

Eripe me de iimicis meis deus meus: et ab inſurgentibꝫ in me libera me

Eripe me de oꝑantibꝫ iniquitatē: et de viris ſanguinū ſalua me. Qꝛ ecce ceperūt aīam meā : irruerūt in me fortes. Neqꝫ iniq̇tas mea neqꝫ pcc̄m meum dn̄e : ſine iniquitate cucurri ⁊ direxi. Exurge in occurſū meū et vide : et tu dn̄e deꝰ virtutū deꝰ iſrael. Intēde ad viſitādas oēs gētes: nō miſerear oībꝫ qui oꝑantur iniq̇tatē. Cōuertētur ad veſperā et famē patiētur vt canes: et circuibūt ciuitatē. Ecce loquētur in ore ſuo ⁊ gladius in labiis eoꝝ : qm̄ q̇s audiuit. Et tu dn̄e deridebis eos : ad nichilū deduces oēs gentes. Fortitudinē meā ad te cuſtodiā / qꝛ deus ſuſceptoꝛ meꝰ es: deꝰ meꝰ mīa eius preueniet me. Deus oſ̄dit michi ſuper īimicos meos: ne occidas eos / nequādo obliuiſcātur pp̄li mei. Diſperge illos in virtute tua: et depone eos protectoꝛ meus dn̄e. Delictū oris eoꝝ ſermonē labioꝝ ipſoꝝ: et ꝯprehēdantur in ſuꝑbia ſua. Et de execratione et mēdacio: annūciabūtur in ꝯſummatione. In ira conſūmationis et non erunt: et ſcient qꝛ deus dn̄abiť iacob ⁊ finiū terre. Cōuertētur ad veſperā et famē patiētur vt canes : et circuibūt ciuitatē. Ipſi diſpergētur ad mādu candū: ſi vero nō fuerit ſaturati ⁊ murmurabūt. Ego aūt cātabo fortitudinē tuā: et exaltabo mane mīam tuam. Quia factus es ſuſceptoꝛ meus ⁊ refugiū meū: in die tribulatiōis mee. Adiutoꝛ meus tibi pſallam: qꝛ deus ſuſceptoꝛ meꝰ es deus meus mīa mea. Gl'ia. an. Juſte iudicate filii hominum. p̄. lxxx vi.

Deus repuliſti ⁊ deſtruxiſti nos : iratus es et miſertꝰ es nob̄. Commouiſti terrā et cōturbaſti eā: ſana cōtritiones eius qꝛ cōmota eſt. Oſtendiſti pp̄lo tuo dura: potaſti nos vino ꝯpunctionis. Dediſti metuētibꝫ te ſignificationē: vt fugiāt a facie arcus. Et liberenť dilecti tui: ſaluū fac dextera tua et exaudi me. Deus locutꝰ eſt in ſcō ſuo: letaboꝛ et partiboꝛ ſichimā ⁊ cōuallem tabernaculoꝝ metiboꝛ

Meus eſt galaad et meus eſt manaſſes: ⁊ effraim fortitudo capitis mei. Iuda rex meꝰ: moab olla ſpi mee. In ydumeã extendã calciamentũ meũ: michi alienigene ſubditi ſũt. Quis deducet me ĩ ciuitatẽ munitã quis deducet me vſqꝫ ĩ ydumeã. Nonne tu deꝰ qui repuliſti nos: et nõ egredieris deꝰ in virtutibꝫ nris. Da nobis auxiliũ de tribulatione: et vana ſalus hoĩs. In deo faciemꝰ virtutẽ: et ipſe ad nichilum deducet tribulantes nos. ps. lxxvii.

Exaudi deꝰ depcationẽ meã: intẽde orõni mee. A finibus terre ad te clamaui dũ anxiaretur cor meũ: in petra exaltaſti me. Deduxiſti me qr factꝰ es ſpes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaclo tuo in ſclã: protegar in velamẽto alaꝝ tuaꝝ. Qm̃ tu deus meꝰ exaudiſti orõem meã: dediſti hereditatẽ timẽtibꝫ nomẽ tuũ. Dies ſup dies regis adiicies: annos eius vſqꝫ in diẽ gñationis ⁊ gñationis. Permanet in eternum in cõſpectu dei: miam ⁊ veritatẽ eius quis reqret? Sic pſalmũ dicam nõi tuo in ſeculũ ſeculi: vt reddã vota mea de die ĩ diẽ.

Gloria. an. Da nobis dñe auxiliũ de tribulatiõe. ps. lxxviii.

Nonne deo ſubiecta erit aĩa mea: ab ipſo eñ ſalutare meũ. Nã et ipſe deꝰ meus et ſalutaris meꝰ: ſuſceptor meꝰ nõ mouebor amplius. Quouſqꝫ irruitis in hoiem: interficitis vniuerſi vos tãq̃ parieti inclinato ⁊ macerie depulſe. Verũtamẽ preciũ meũ cogitauerũt repellere: cucurri in ſiti, ore ſuo bñdicebãt et corde ſuo maledicebant. Verũtñ deo ſubiecta eſto aĩa mea: qm̃ ab ipſo patientia mea. Quia ipſe deus meus ⁊ ſaluator meꝰ: adiutor meꝰ nõ emigrabo. In deo ſalutare meũ et gloria mea: deꝰ auxilii mei et ſpes mea in deo eſt. Sperate ĩ eo oĩs ↄgregatio ppli: effundite corã illo corda vr̃a: deꝰ adiutor noſter in eternum. Verũtamẽ vani filii hoim mẽdaces filii hoim in ſtateris: vt decipiãt ipſi de vani tate in idipſm̄. Nolite ſpare in iniq̄tate ⁊ rapinas nolite cōcupiſcē: diuitie ſi affluāt nolite coꝛ apponere. Semel locut⁹ eſt de⁹ duo hec audiui, qꝛ poteſtas dei eſt et tibi dn̄e mia: qꝛ tu reddes vnicuiq꞉ iuxta oꝑa ſua. ꝓ. lxxix.

Deus de⁹ me⁹: ad te de luce vigilo. Sitiuit i te aia mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta inuia ⁊ inaq̄ſa ſic i ſctō apparui tibi: vt viderē virtutē tuā et gliam tuā. Qm̄ melioꝛ eſt mia tua ſuper vitas: labia mea laudabūt te. Sic benedicam te in vita mea: et in noīe tuo leuabo man⁹ meas. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat̃ anima mea: et labiis exultationis laudabit os meū. Si memoꝛ fui tui ſuꝑ ſtratū meū in matutinis meditaboꝛ in te qꝛ fuiſti adiutoꝛ me⁹. Et in velamēto alaꝝ tuarum exultabo: adheſit aia mea poſt te: me ſuſcepit dextera tuā. Ipſi vero in vanū q̄ſierūt aiam meā introibūt i inferioꝛa terre: tradētur in man⁹ gladii partes vulpiū erūt. Rex vō letabitur in deo laudabūtur oēs qui iurant i eo: qꝛ obſtructū ē os loquentiū iniqua. ꝓs. lxxx.

Exaudi de⁹ oꝛōem meā cū deꝑcoꝛ, a timoꝛe inimici eripe aiam meā. Protexiſti me a ꝯuētu malignātiū: a multitudine oꝑantiū iniq̄tatē. Qꝛ exacuerūt vt gladiū linguas ſuas: intenderunt arcū rem amarā vt ſagittēt in occultis imaculatū. Subito ſagittabūt eū et nō timebūt: firmauerūt ſibi ſermonē neq̄. Narrauerūt vt abſcōderēt laq̄os: dixerūt q̄s videbit eos. Scrutati ſūt iniq̄tates: defecerūt ſcrutātes ſcrutinio. Accedet hō ad coꝛ altū: et exaltabitur de⁹. Sagitte ꝑuuloꝝ facte ſūt plage eoꝝ: et infirmate ſūt ꝯtra eoꝝ ligue eorū. Conturbati ſūt oēs q̄ videbāt eos: et timuit oīs hō. Et ānūciauerūt oꝑa dei: ⁊ facta ei⁹ intellexerūt. Letabit̃ iuſtus in dn̄o ⁊ ſperabit in eo: ⁊ laudabūtur oēs recti corde. Gloria. an. A timoꝛe inimici eripe dn̄e aiam meā. Non dr̄ ad nocturn̄. iſte. ꝓ. lxxxi

Te decet hymnꝰ deꝰ in ſyon: et tibi reddetur votū in hierl̄m. Exaudi orationē meam: ad te oīs caro veniet. Verba iniquoꝝ preualuerūt ſuꝑ nos: et īpietatibus nr̄is tu ꝓpiciaberis. Beatus quē elegiſti ⁊ aſſūpſiſti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domꝰ tue: ſcm̄ eſt tēplū tuū mirabile in eq̇tate. Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes oīm finiū terre: ⁊ ī mari lōge. Preparans montes in virtute tua: accinctꝰ potentia: q̇ cōturbas ꝓfundū maris ſonum fluctuū eius. Turbabūtur gētes ⁊ timebunt q̇ habitāt terminos a ſignis tuis: exitꝰ matutini et veſpe delectab'. Viſitaſti terrā et inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam. Flumē dei repletū ʒ aq̇s: paraſti cibū illoꝝ qm̄ ita eſt ꝑparatio eiꝰ. Riuos eiꝰ inebrians multiplica genimina eius: in ſtillicidiis eiꝰ letabit' germinans. Benedices corone āni benignitat' tue: et cāpi tui replebunt' vbertate. Pingueſcent ſpecioſa deſerti: et exultatiōe colles accingētur. Induti ſūt arietes ouiū: et valles abūdabūt frumēto clamabūt et ei hymnum dicent. ps. lxxxii.

Iubilate deo oīs terra pſalmū dicite nomini eius: date gl'iam laudi eius. Dicite deo q̄ terribilia ſūt oꝑa tua dn̄e: in multitudīe virtutis tue mētientur tibi inimici tui. Oīs terra adoret te ⁊ pſallat tibi: pſalmū dicat nōi tuo. Venite et videte opera dei: terribilis in conſiliis ſuper filios hoīm. Qui conuertit mare ī aridam: in flumīe ꝑtrāſibunt pede ibi letabimur in ipſo. Qui dn̄atur ī virtute ſua ī eternū: oculi eiꝰ ſuꝑ gētes reſpiciūt: qui exaſperāt nō exaltētur ī ſemetipſis. Benedicite gētes deū nr̄m: et auditā facite vocē laudis eius. Qui poſuit aīam meā ad vitā: et nō dedit in ꝯmotionem pedes meos. Qm̄ probaſti nos deꝰ igne nos examinaſti: ſicut examinatur argētū. Induxiſti nos in laqueū poſuiſti tribulationes in dorſo nr̄o: īpoſuiſti hoīes ſuper capita noſtra. Trāſiuimus per ignem et aquā: et eduxiſti nos ī refrigeriū. Introibo in domū tuā in olocauſtis: reddam tibi vota mea q̄ diſtinxerūt labia mea. Et locutū ē os meū: in tribulatione mea. Olocauſta medullata offerā tibi cū incenſo arietū: offerā tibi boues cū hyrcis. Venite audite et narrabo oēs q̇ timetis deū: q̄ta fecit aīe mee. Ad ipſum ore meo clamaui, et exultaui ſub lingua mea. Iniq̇tatē ſi aſpexi in corde meo: nō exaudiet dn̄s. Propterea exaudiuit de⁹: ꝛ attēdit voci dep̄catōis mee. Bn̄dict⁹ deus q̇ nō amouit orōnē meā: ꝛ mīam ſuā a me. Nō dr̄ ad nocturnū iſte p̄.

Deus miſe ps. lxxxiii. reatur nrī et bn̄dicat nob̄: illuīet vultū ſuū ſup nos ꝛ miſeatur noſtri. Ut cognoſcam⁹ in terra viam tuā: in oībꝫ gētibꝫ ſalutare tuum. Cōfiteātur tibi ppli de⁹: cōfiteātur tibi ppli oēs. Letētur ꝛ exultent gentes qm̄ iudicas pplos ī eq̇tate: et gētes ī terra dirigis. Cōfiteantur tibi populi deus: cōfiteātur tibi ppli oēs: terra dedit fructū ſuū. Bn̄dicat nos de⁹ de⁹ noſter bn̄dicat nos de⁹: et metuāt eum oēs fines terre. ps. lxxxiiii.

Exurgat de⁹ et diſſipent inimici ei⁹: et fugiāt q̇ oderūt eū a facie ei⁹. Sicut deficit fum⁹ deficiāt: ſicut fluit cera a facie ignis: ſic pereant pctōres a facie dei. Et iuſti epulētur ꝛ exultēt in ꝯſpectu dei: et delectētur in leticia. Cātate deo pſalmū dicite nōi ei⁹: iter facite ei q̇ aſcēdit ſup occaſū, dn̄s nomē illi. Exultate in ꝯſpectu ei⁹: turbabuntur a facie ei⁹ p̄ris orphanoꝝ ꝛ iudicis viduaꝝ. Deus in loco ſctō ſuo: deus q̇ īhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos ī fortitudīe: ſimiliter eos q̇ exaſperāt q̇ habitāt in ſepulcris. De⁹ cū egredereris ī cōſpectu ppli tui: cū pertrāſires ī deſerto. Terra mota eſt: eteni celi diſtillauerūt a facie dei ſynai a facie dei iſrael. Pluuiam volūtariā ſegregabis deus hereditati tue: et infirmata eſt: tu vero perfeciſti eam. Animalia tua habitabūt in ea: paraſti in dulcedine tua paupi de⁹. Dñs dabit verbū euāgelizātibꝫ: virtute multa. Rex virtutū dilecti dilecti: ⁊ ſpeciei dom⁹ diuidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros pēne columbe deargentate: et poſteriora dorſi ei⁹ i pallore auri. Dū diſcernit celeſtis reges ſuper eā niue dealbabuntur i ſelmon: mōs dei mōs pinguis. Mōs coagulat⁹ mōs pinguis: vt quid ſuſpicamini mōtes coagulatos. Mōs in quo bñplacitū eſt deo habitare in eo: etenī dñs habitabit i finē. Curr⁹ dei decē milibꝫ multiplex milia letantiū: dñs in eis in ſynay in ſctō. Aſcēdiſti in altum cepiſti captiuitatē accepiſti dona in hoībus. Etenī nō credentes: inhabitare dñm deū. Bñdict⁹ dñs die quotidie: ꝓſperū iter faciet nobis deus ſalutariū nrō͞. Deus noſter deus ſaluos faciēdi: et dñi dñi exitus mortis. Verūtamē deus ↄfringet capita īimicoꝝ ſuoꝝ: verticē capilli ꝑambulantium in delictis ſuis. Dixit dñs ex baſan: cōuertā conuertā in ꝓfundū maris. Vt intingatur pes tuus i ſanguine: lingua canū tuoꝝ ex īimicis ab ipſo. Viderūt ingreſſus tuos deus: igreſſus dei mei regis mei q̇ eſt i ſctō. Preuenerūt principes ↄiūcti pſallētibꝫ: in medio iuuēculaꝝ tympaniſtriaꝝ. In eccleſiis bñdicite deo: dño de fontibus iſrael. Ibi beniamin adoleſcētulus: in mētis exceſſu. Principes iuda duces eoꝝ: pricipes zabulō ⁊ principes neptalim. Māda deus virtuti tue: ↄfirma hoc de⁹ qđ opatus es i nob. A tēplo tuo i hiɫrm: tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis: cōgregatio tauroꝝ in vaccis pplōꝝ vt excludāt eos q̇ ꝓbati ſunt argēto. Diſſipa gētes que bella volūt: venient legati ex egypto: ethiopia pueniet man⁹ ei⁹ deo. Regna terre cantate deo: pſallite domino. Pſallite deo q̇ aſcēdit ſuper celū celi ad orientem. Ecce dabit voci ſue vocē virtutꝭ date gl'iam deo ſup iſrł magnificẽtia eı⁹ ⁊ virt⁹ eius in nubibꝫ. Mirabilis de⁹ in ſctis ſuis: deus iſrael ipſe dabit virtutē ⁊ fortitudinē plebi ſue bn̄dictus deus. Gloria. an. In eccleſiis bn̄dicite dn̄o. ℣. De⁹ vitā meā annunciaui tibi. ℟. Poſuiſti lachrymas meas i ↄſpectu tuo. Ante lau. ℣. Fiat mia tua. In lau. an. Amplius laua me de⁹ ab iniuſticia mea. ps. Miſerere. ā. Te decet hymnus de⁹ in ſyon. ps. Ipm. ā. Labia mea laudabūt te i vita mea de⁹ me⁹. ps. De⁹ de⁹ me. p. lxxv

Exultauit cor meum in dn̄o: et exaltatū ē cornu meū in deo meo. Dilatatū eſt os meū ſup inimicos meos: qꝛ letata ſū in ſalutari tuo. Non eſt ſctūs vt eſt dn̄s neqꝫ ei eſt alr⁹ extra te: et nō eſt fortꝭ ſicut deus noſter. Nolite multiplicare loq̄ ſublimia: gloriantes. Recedāt vetera de ore vr̄o qꝛ deus ſciētiaꝝ dn̄s eſt: et ipſi ꝑparātur cogitationes. Arcus fortiū ſupat⁹ eſt: ⁊ infirmi accincti ſūt robore. Repleti pri⁹ pro panibꝫ ſe locauerūt: et famelici ſaturati ſunt. Donec ſterilis peperit plurimos: ⁊ q̄ multos habebat filios īfirmata eſt. Dn̄s mortificat et viuificat: deducit ad iferos et reducit. Dn̄s pauperē facit ⁊ ditat: humiliat ⁊ ſubleuat. Suſcitans de puluere egenū: ⁊ de ſtercore erigēs pauperē. Vt ſedeat cū principibꝫ: et ſoliū glorie teneat. Dn̄i eni ſūt cardines terre: et poſuit ſuper eos orbē. Pedes ſctōꝝ ſuoꝝ ſeruabit et ipii in tenebris ↄticeſcēt: qꝛ nō in fortitudine ſua roborabitur vir. Dn̄m formidabūt aduerſarii ei⁹: et ſup ipſos i celis tonabit. Dn̄s iudicabit fines terre ⁊ dabit imperiū regi ſuo: et ſublimabit cornu xp̄i ſui. Gloria. an. Dn̄s iudicabit fines terre. an. Celi celoꝝ laudate dn̄m. ps. Laudate. Cp. Vigilate. y⁹.

Nox et tenebre et nubila cōfuſa mundi ⁊ turbida / lux intrat albeſcit polus: chriſt⁹ venit diſcedite. Caligo terre ſcinditur percuſſa ſolis ſpiculo rebuſqꝫ iam color redit vultu nitentis ſyderis. Te xp̄e ſolum nouimus: te mente pura et ſimplici flendo canẽdo queſumus intende noſtris ſenſibus. Sunt multa fuſcis illita ꝙ luce purgentur tua tu lux eoi ſyderis vultu ſereno illumina. Deo patri.

ħ. In matutinis. Cpm. Vigilate. ꝛc. Per eſtatem. y⁹. Ecce iam noctis. ħ. In matutinis an. Salutem ex inimicis noſtris et de manu omniũ qui nos oderunt libera nos dñe. ps. Benedict⁹. Preces vtſ̃. Oꝛ. vt decet.

¶ Feria quinta ad mat̃. Inic̃. Adoremus dñm Qui ipſe fecit nos. ps. Venite. Pro hyſtoria Dñe ne in ira. ¶ Hymnus.

Nox atra rerum contegit terre coloꝛes oium nos confitentes poſcimus te iuſte iudex cordium. Ut auferas piacula: ſordeſqꝫ mẽtis abluas: doneſqꝫ chriſte gratiam vt arceãtur crimina. Mens ecce toꝛpet impia: quam culpa moꝛdet noxia: obſcura geſtit tollere: et te redemptoꝛ querere. Repelle tu caliginem intrinſecus ꝗmaxime: vt in beato gaudeat ſe collocari lumĩe. Preſta pater piiſſi.

Per eſtatem. hy⁹. Nocte ſurgentes. Sup noct. ps. lxxxvi.

Saluũ me fac de⁹: qm̃ intrauerunt aque vſqꝫ ad animã meã. Infix⁹ ſũ in limo ꝓfundi: et nõ eſt ſubſtãtia. Veni in altitudinem maris: et tempeſtas demerſit me. Laboꝛaui clamãs rauce facte ſũt fauces mee: defecerũt oculi mei dũ ſpero in deũ meũ. Multiplicati ſũt ſuꝑ capillos capitꝭ mei: qui oderunt me gratis. Confoꝛtati ſũt qui ꝑſecuti ſũt me inimici mei iniuſte: que nõ rapui tũc exoluebã. Deus tu ſcis inſipientiam meã: et delicta mea a te nõ ſunt abſcondita. Non erubeſcãt in me qui expectant te dñe: dñe virtutum. Non confundantur ſuꝑ me: qui querũt te deus iſrael. Qm̃ ꝓpt̃ te ſuſtinui oppꝛobriũ: opuit cõfuſio faciẽ meam. Extrane⁹ fact⁹ ſũ fratribꝫ meis: et peregrin⁹ filiis matris mee. Qm̃ zelus domus tue comedit me: et oppꝛobria expꝛobrantiũ tibi ceciderunt ſuꝑ me. Et opui in ieiunio aīam meā: et factū eſt in opprobriū michi. Et poſui veſtimentū meū ciliciū: et fact⁹ ſū illis in parabolā. Aduerſū me loq̄bantur q̇ ſedebāt in porta: et in me pſallebāt qui bibebant vinum. Ego vero orōnem meā ad te dn̄e: tp̄s bn̄placiti deus. In multitudīe mie tue exaudi me: in veritate ſalutꝭ tue. Eripe me de luto vt nō ĩfigar: libera me ab his q̇ oderūt me: et de ꝓfundis aquaꝝ. Non me demergat tēpeſtas aq̄ neqȝ abſorbeat me ꝓfundū: neqȝ vrgeat ſuꝑ me puteus os ſuum. Exaudi me dn̄e qm̄ benigna ē mia tua: ſcd̄m multitudinē miſerationum tuaꝝ reſpice ĩ me. Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: qm̄ tribulor velocit exaudi me. Intende aīe mee et libera eā: ꝓpter iimicos meos eripe me. t Tu ſcis ip̄roperiū meū et ꝯfuſionē meā: et reuerentiā meā. In ꝯſpectu tuo ſūt oēs q̇ tribulāt me: improperiū expectauit cor meū ⁊ miſeriā. Et ſuſtinui qui ſimul ꝯtriſtaretur ⁊ nō fuit: et qui cōſolaretur ⁊ nō inueni. Et dederūt in eſcā meā fel: et in ſiti mea potauerūt me aceto. Fiat mēſa eoꝝ corā ipſis in laqueū: et in retributiones et in ſcandalū. Obſcurētur oculi eorū ne videāt: ⁊ dorſum eoꝝ ſemꝑ ĩcurua. Effunde ſuꝑ eos irā tuā: et furor ire tue cōprehēdat eos. Fiat habitatio eoꝝ deſerta: ⁊ in tabernaculis eoꝝ nō ſit qui inhabitet. Qm̄ quē tu ꝑcuſſiſti perſecuti ſūt: et ſuꝑ dolorē vulneꝝ meoꝝ addiderunt. Appone iniq̄tatē ſuꝑ iniquitatē eoꝝ: et nō intrēt in iuſticiā tuā. Deleātur de libro viuētiū: et cū iuſtis nō ſcribātur. Ego ſū pauꝑ et dolēs: ſal⁹ tua de⁹ ſuſcepit me. Laudabo nomē dei cū cantico: et magnificabo eū in laude. Et placebit deo ſuꝑ vitulū nouellum: cornua ꝓducentē et vngulas. Videāt pauꝑes et letētur: querite deū ⁊ viuet aīa vr̄a. Qm̄ exaudiuit pauperes dn̄s: ⁊ vinctos ſuos non deſpexit. Laudēt illum celi et terra: mare ⁊ oīa reptilia in eis. Qm̄ deus saluam faciet ſyon: et edificabuntur ciuitates iude. Et inhabitabūt ibi: et hereditate acq̇rent eam. Et ſemē ſeruoꝝ eiꝰ poſſidebit eā: et q̇ diligūt nomē eiꝰ habitabūt in ea. ps. lxxxvii.

Deus ī adiutoriū meū intende: dñe ad adiuuandū me feſtina. Confundant̄ et reuereātur: q̇ q̄rūt aīam meā. Auertātur retrorſū ꝛ erubeſcāt: q̇ volūt michi mala. Auertant̄ ſtatī erubeſcētes: q̇ dicunt michi euge euge. Exultēt ꝛ letent̄ in te ōs q̇ querūt te: ꝛ dicāt ſemꝑ magnificetur dñs qui diligūt ſalutare tuū. Ego vero egenꝰ ꝛ pauꝑ ſū: deus adiuua me. Adiutor meꝰ et liberator meꝰ es tu: dñe ne moreris. Glia. añ. Dñe deꝰ in adiutoriū meū intēde. lxxxviii.

In te dñe ſperaui non cōfundar ī eternū: in iuſticia tua libera me et eripe me. Inclina ad me aurē tuā: ꝛ ſalua me. Eſto michi in deū ꝓtectorē: et in locum munitū vt ſaluū me facias. Qm̄ firmamentū meū: et refugiū meum es tu. Deus meꝰ eripe me de manu pctōris: et de manu cōtra legem agētis ꝛ iniq̇. Qm̄ tu es patientia mea dñe: dñe ſpes mea a iuuētute mea. In te confirmatus ſū ex vtero de vētre matris mee: tu es ꝓtector meus. In te cātatio mea ſemꝑ: tanq̄ ꝓdigiū factus ſū multis/ ꝛ tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude: vt cantē gliam tuā tota die magnitudinē tuā. Ne ꝓiicias me in tp̄e ſenectute: cū defecerit virtꝰ mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei michi: et q̇ cuſtodiebāt aīam meā conſiliū fecerunt in vnum. Dicētes deꝰ dereliq̇t eū perſeq̇mini et ꝯprehēdite eū: qz nō eſt qui eripiat. Deus ne elōgeris a me: deus meꝰ in auxiliū meū reſpice. Cōfundātur ꝛ deficiāt detrahētes aīe mee: operiantur ꝯfuſione et pudore qui querūt mala michi. Ego aūt ſemꝑ ſperabo: et adiciā ſuper oēm laudem tuā. Os meū annūciabit iuſticiā tuam: tota die ſalutare tuū. Qm̄ nō cognoui litteraturā introibo in po tentias dñi: dñe memorabor iuſticie tue ſoli⁹. Deus docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſq3 nũc ꝓnunciabo mirabilia tua. Et vſq3 in ſenectã et ſeniũ: deus ne derelinquas me. Donec annunciẽ brachiũ tuum: gñationi oĩ que ventura eſt. Potẽtiam tuã ⁊ iuſticiã tuã deus vſq3 in altiſſima que feciſti magnalia: deus q̇s ſimilis tibi. Quãtas oſtẽdiſti michi tribulatiões multas et malas et cõuerſus viuificaſti me: et de abyſſis terre iterũ reduxiſti me. Multiplicaſti magnificenciã tuã: et conuerſus cõſolat⁹ es me. Nã et ego cõfitebor tibi in vaſis pſalmi veritatẽ tuã deus: pſallam tibi in cythara ſanctus iſrl. Exultabũt labia mea cum cantauero tibi: et aĩa mea quam redemiſti. Sed et lĩgua mea tota die meditabitur iuſticiã tuam: cum cõfuſi et reueriti fuerĩt qui querũt mala michi. p̄. lxxxix

Deus iudiciũ tuũ regi da: ⁊ iuſticiã tuã filio regis. Iudicare pplm tuũ in iuſticia: et pauꝑes tuos in iudicio. Suſcipiãt mõtes pacẽ populo: et colles iuſticiam. Iudicabit pauperes populi et ſaluos faciet filios pauperꝝ: et humiliabit calumniatorẽ. Et ꝑmanebit cũ ſole: et ante lunã in gñatiõe et generationem. Deſcẽdet ſicut pluuia in vell⁹: ⁊ ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup terram. Orietur in diebꝫ eius iuſticia et abundãtia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari vſq3 ad mare: et a flumine vſq3 ad terminos orbis terrarum. Corã illo ꝓcident ethiopes: et inimici eius terrã lingẽt. Reges tharſis et inſule munera offerent: reges arabum et ſaba dona adducent. Et adorabunt eum oẽs reges: oẽs gẽtes ſeruiẽt ei. Quia liberabit pauperẽ a potẽte: et pauperem cui nõ erat adiutor. Parcet pauperi et inopi: et aĩas pauperꝝ ſaluas faciet. Ex vſuris ⁊ iniquitate redimet aĩas eorꝝ: ⁊ honorabile nomẽ eorꝝ corã illo. Et viuet et dabitur ei de auro arabie: et adorabũt de ipſo ſemꝑ tota die benedicent ei. ¶ Erit firmamentum in terra in ſūmis montium ſupereextolletur ſuper libanum fructꝰ eius: et florebūt de ciuitate ſicut fenū terre. Sit nomē eius benedictū in ſecła: ante ſolē pmanet nomē eius. Et bñdicētur in ipſo oēs tribꝰ terre: oēs gentes magnificabunt eū. Bñdictꝰ dñs deꝰ iſrael: qui facit mirabilia ſolꝰ. Et bñdictum nomē maieſtatis eius in eternū: ⁊ replebitur maieſtate eiꝰ oīs terra fiat fiat. Gloria. an. Eſto michi dñs in deum protectorem. ps. xc.

Domine exaudi orōem meā: et clamor me⁹ ad te veniat. Nō auertas faciē tuā a me: in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurē tuā. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt sicut fum⁹ dies mei: et ossa mea sicut cremiū aruerūt. Percussus sū vt fenū ⁊ aruit cor meū: qr oblitus sū comedere panem meū. A voce gemitus mei: adhesit os meū carni mee. Similis fac⁹ sū pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax i domicilio. Vigilaui et factus sum: sicut passer solitari⁹ in tecto. Tota die exprobrabāt michi inimici mei: ⁊ q̇ laudabāt me aduersū me iurabāt. Quia cinerē tanq̄ panē māducabam: et potū meū cū fletu miscebam. A facie ire indignatiōis tue: qr eleuās allisisti me. Dies mei sicut vmbra declinauerūt: et ego sicut fenū arui. Tu aūt dn̄e in eternū ꝑmanes: ⁊ memoriale tuū in ḡnatione ⁊ generationem. Tu exurgens misereberis syon: qr tp̄s miserendi eius qr venit tēpus. Qm̄ placuerūt seruis tuis lapides eius: et terre ei⁹ miserebūtur. Et timebūt gentes nomē tuū dn̄e: et oēs reges terre gl̄iam tuā. Quia edificauit dn̄s syon: et vide bitur in glīa ſua. Reſpexit in oꝛōem humiliū: ⁊ nō ſpreuit p̄cē eoꝝ. Scribātur hec in gn̄atione altera: et ppl's qui creabit' laudabit dn̄m. Quia pꝛoſpexit de excelſo ſcō ſuo: dn̄s de celo in terrā aſpexit. Ut audiret gemitꝰ cōpeditoꝝ: vt ſolueret filioſ interēptoꝝ. Ut annūciēt in ſyon nomē dn̄i: et laudē eiꝰ in hier'lm. In cōueniendo ppl'os in vnum: et reges vt ſeruiāt dn̄o. Reſpōdit ei in via virtutis ſue: paucitatē dierum meoꝝ nūcia michi. Ne reuoces me in dimidio dieꝝ meoꝝ: in gn̄atiōe ⁊ generationē anni tui. Initio tu dn̄e terrā fūdaſti: et opa manuū tuaꝝ ſūt celi. Ipſi peribūt tu aūt ꝑmanes: et oēs ſicut veſtimētum veteraſcēt. Et ſicut optoꝛium mutab' eos ⁊ mutabūtur, tu aūt idē ipſe es: et āni tui nō deficiēt. Filii ſeruoꝝ tuoꝝ habitabūt: ⁊ ſemē eoꝝ in ſeculum dirigetur. ps. cii.

Benedic aīa mea dn̄o: et oīa q̄ intra me ſunt nomī ſctō eiꝰ. Bn̄dic aīa mea dn̄o: et noli obliuiſci om̄es retributiōes eiꝰ. Qui ꝓpiciat' oībꝫ iniq̄tatibꝫ tuis: qui ſanat oēs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā: qui coꝛonat te in mīa ⁊ miſerationibꝫ. Qui replet in bonis deſyderium tuū: renouabitur vt aquile iuuentꝰ tua. Faciēs mīas dn̄s: et iudiciū oībꝫ iniuriā patiētibꝫ. Notas fecit vias ſuas moyſi: filiis iſrael volūtates ſuas. Miſerator et miſericoꝛs dn̄s: longanimis et multum miſericoꝛs. Non in ꝑpetuū iraſcetur: neqꝫ i eternū cōminabitur. Nō ſcd̄m pctā noſtra fecit nobis: neqꝫ ſcd̄m iniq̄tates noſtras retribuit nob'. Qm̄ ſcd̄m altitudinē celi a terrā coꝛroboꝛauit mīam ſuā ſuꝑ timētes ſe. Quantum diſtat oꝛtꝰ ab occidēte: lōge fecit a nob' iniq̄tates nrās. Quō miſeret' pr̄ filioꝝ miſertꝰ eſt dn̄s timētibꝫ ſe: qm̄ ipſe cognouit figmentū noſtrum. Recoꝛdatus eſt qm̄ puluis ſumꝰ: hō ſicut fenū dies eiꝰ tanq̄ flos agri ſic efflorebit. Qm̄ ſpūs ꝑtrāſibit in illo et nō ſubſiſtet: et nō cognoſicut amplꝰ locū ſuū. Mia autē dñi ab eterno ⁊ vſqꝫ i eternū: ſup timētes eū. Et iuſticia illꝰ in filios filioꝝ: his q̄ ſeruāt teſtamentū eiꝰ. Et memores ſunt mādatoꝝ ipſiꝰ ad faciēdū ea. Dñs in celo parauit ſedē ſuam: ⁊ regnū ipſiꝰ oībꝫ dñabit̄. Benedicite dño oēs angeli eiꝰ potētes virtute faciētes verbum illiꝰ: ad audiēdā vocē ſermonū eiꝰ. Bñdicite dño oēs virtutes eiꝰ miniſtri eiꝰ q̄ faciūt voluntatē eiꝰ. Bñdicite dño oia opa eius: in oī loco dñatiōis eiꝰ bñdic aīa mea dño. Glia. an. Clamor meꝰ ad te veniat deus. ps. ciii.

BEnedic aīa mea dño: dñe deꝰ meꝰ magnificatꝰ es vehemēter. Confeſſionē ⁊ decorē induiſti: amictꝰ lumie ſicut veſtimēto. Extendēs celū ſicut pellē: q̄ tegis aq̄s ſupiora eius. Qui ponis nubē aſcēſū tuū: q̄ ābulas ſup pēnas vētoꝝ. Qui facis angelos tuos ſpūs: et miniſtros tuos ignē vrētem. Qui fūdaſti terrā ſup ſtabilitatē ſuā: nō iclinabitur in ſclm ſcli. Abyſſus ſicut veſtimētum amictꝰ eiꝰ: ſup mōtes ſtabūt aq̄. Ab increpatiōe tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt. Aſcēdunt mōtes ⁊ deſcendunt cāpi: in locū quē fundaſti eis. Terminū poſuiſti quē nō trāſgrediētur: neqꝫ ꝯuertent̄ opire terrā. Qui emittis fontes in ꝯuallibꝫ: inter mediū mōtiū ptranſibunt aq̄. Potabunt oēs beſtie agri: expectabunt onagri in ſiti ſua. Sup ea volucres celi habitabūt: de medio petraꝝ dabunt voces. Rigās mōtes de ſupioribꝫ ſuis: de fructu opeꝝ tuoꝝ ſatiabitur terra. Producēs fenū iumentis: et herbā ſeruituti hoium. Vt educas panē de terra: et vinū letificet cor hois. Vt exhilaret faciem in oleo: et panis cor hois ꝯfirmet. Saturabūt̄ ligna campi et cedri libani quas plātauit: illic paſſeres nidificabūt. Herodii domꝰ dux ē eoꝝ: mōtes excelſi ceruis: petra refugium herinaciis. Fecit lunā in tpa: ſol cognouit occaſū ſuū. Poſuiſti tenebras ⁊ fcā ē nox:

in ipſa ꝑtranſibunt oēs beſtie ſilue. c Catuli leonum rugiētes vt rapiāt et q̄rant a deo eſcā ſibi. Ortus eſt ſol et ꝯgregati ſunt: et i cubilibꝫ ſuis collocabūt̄. Exibit hō ad opꝰ ſuū: ⁊ ad operationē ſuā vſqꝫ ad veſpꝛā. q Quā magnificata ſūt opa tua dñe: oīa in ſapia feciſti impleta eſt terra poſſeſſiōe tua. Hoc mare magnum et ſpacioſū manibꝫ: illic reptilia quoꝝ nō ē numerꝰ. Aīalia puſilla cū magnis: illic naues ꝑtrāſibunt. Dracho iſte quē formaſti ad illudendum ei: oīa a te expectāt vt des illis eſcā in tpe. Dāte te illis colligent: apiente te manū tuā oīa iplebuntur bonitate. Auertēte aūt te faciē turbabūtur: auferes ſpm̄ eoꝝ ⁊ deficiēt: et ī puluerē ſuū reuertent̄. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabūt̄: et renouabis faciē terre. Sit glia dñi in ſcl̄m: letabit̄ dñs in operibꝫ ſuis. Qui reſpicit terrā ⁊ facit eā tremere: qui tangit mōtes et fumigant. Cantabo dño in vita mea: pſallā deo meo q̄diu ſum. Iocundū ſit ei eloq̄ū meū ego vero delectabor in dño. Deficiāt pctōres a terra et iniq̄ ita vt nō ſit: bñdic aīa mea dño. ps. cxxvii.

Cōfitemini dño ⁊ inuocate nomē eiꝰ: ānūciate iter gentes opa eiꝰ. Cantate ei ⁊ pſallite ei: narrate oīa mirabilia eiꝰ: laudamini in noīe ſcō eiꝰ. Letetur cor querētium dñm: querite dñm ⁊ confirmamini: q̄rite faciē eiꝰ ſp. Memētote mirabiliū eius que fecit: ꝓdigia eiꝰ et iudicia oris eiꝰ. Semē abrahā ſerui eiꝰ: filii iacob electi eiꝰ. Ipſe dñs deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius. Memor fuit in ſcl̄m teſtamēti ſui: vbi qđ mādauit i mille gñatiōes. q Qđ diſpoſuit ad abrahā: et iuramēti ſui ad yſaac. Et ſtatuit illđ iacob in p̄ceptū: et iſrael in teſtamentū eternū. Dicens tibi dabo terrā chanaā: funiculū hereditatꝭ vře. Cū eſſēt nūero breui: pauciſſimi ⁊ incole eius. Et ꝑtrāſierūt de gēte in gentē: et de regno ad pplm alterū. Nō reliq̄t hoiem nocere eis: ⁊ corripuit ꝓ eis reges. Nolite tangere chriſtos meos: ⁊ in prophetis meis nolite malignari Et vocauit famē ſuꝑ terram: et oē firmamētum panis ꝯtriuit. Miſit ante eos virū: in ſeruū: venūdatus ē ioſeph Humiliauerūt in ꝯpedibꝫ pedes eius ferrū ꝑtranſiit aīam eiꝰ: donec veniret verbū eiꝰ Eloquium dn̄i īflamauit eū: miſit rex et ſoluit eū princeps ppłoꝝ et dimiſit eū Conſtituit eū dn̄m domus ſue: ⁊ principē oīs poſſeſſionis ſue. v Ut erudiret pricipes eius ſicut ſemetipm̄: et ſenes eius prudentiā doceret Et intrauit iſrael in egyptum: et iacob accola fuit ī terra chā Et auxit pplm̄ ſuū vehemēter et firmauit eū ſuꝑ inimicos eius Conuertit cor eoꝝ vt odirēt pplm̄ eiꝰ: et dolū facerēt in ſeruos eius Miſit moyſē ſeruū ſuū: aarō quē elegit ipm̄ Poſuit ī eis verba ſignoꝝ ſuoꝝ: et ꝓdigioꝝ in terra chā Miſit tenebras et obſcurauit: et nō exacerbauit ſermōes ſuos Conuertit aquas eoꝝ in ſanguinē: et occidit piſces eoꝝ Et dedit terra eoꝝ ranas: in penetralibꝫ regū ipſoꝝ Dixit et venit cynomia ⁊ ciniphes in oibꝫ finibꝫ eoꝝ Poſuit pluuias eoꝝ grandinē, ignē cōburentem in terra ipſoꝝ.

Et ꝑcuſſit vineas eoꝝ ⁊ ficulneas eoꝝ: et contriuit lignū finiū eoꝝ. Dixit ⁊ venit locuſta ⁊ bruchꝰ: cuiꝰ non erat numerus Et comedit oē fenū in terra eoꝝ: et comedit oēm fructū terre eoꝝ

Et ꝑcuſſit oē primogenitū in terra eoꝝ: primitias oīs laboris eoꝝ Et eduxit eos cum argēto et auro: et non erat ī tribubꝫ eoꝝ infirmꝰ.

Letata eſt egyptus in ꝓfectione eoꝝ: quia incubuit timor eoꝝ ſuꝑ eos Expandit nubem in ꝓtectionē eoꝝ: et ignē vt luceret eis ꝑ noctē

Petierūt ⁊ venit coturnix et pane celi ſaturauit eos.

Dirupit petram ⁊ fluxerūt aque: abierūt in ſicco fluīa

Qm̄ memor fuit verbi ſcī ſui: qđ habuit ad abraham puerū ſuū Et eduxit pplm̄ ſuū in exultatiōe: et electos ſuos ī leticia Et dedit illis regiones gentiū: et labores populoꝝ poſſederūt. v Ut cuſtodiāt iuſtificatōes eiꝰ: et legē eiꝰ req̄rāt. Glia. an. Bñdic aīa mea dño. ps. cxxviii.

Confitemini dño qm̄ bonꝰ: qm̄ in ſclm̄ mīa eius. Quis loq̄tur potētias dñi: auditas faciet oēs laudes eius. Beati q̄ cuſtodiunt iudiciū ⁊ faciūt iuſticiā in oī tp̄e. Memēto nr̄i dñe in bñplacito pp̄li tui: viſita nos i ſalutari tuo. Ad vidē dū in bonitate electoꝝ tuoꝝ ad letādū in leticia gentis tue vt lauderꝭ cū hereditate tua. Peccauimus cū pr̄ibꝫ nr̄is iniuſte egimꝰ iniq̄tatē fecimꝰ. Patres nr̄i in egypto nō itellexerūt mirabilia tua: nō fuerūt meōres multitudis mīe tue. Et irritauerūt aſcedētes i mare mare rubrū: et ſaluauit eos ꝓpt nomē ſuū/ vt notā faceret potētiam ſuā. Et icrepuit mare rubrū ⁊ exiccatū eſt: ⁊ deduxit eos i abyſſis ſicut i deſerto. Et ſaluauit eos de manu odientiū: et redemit eos de manu inimici. Et op̄uit aqua tribulātes eos: vnus ex eis nō remāſit. Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius. Cito fecerūt obliti ſūt opꝝ eius: et nō ſuſtinuerūt cōſilium eiꝰ. Et ꝯcupierūt ꝯcupiſcentiā in deſerto: et tētauerūt deū in iaquoſo. Et dedit eis petitionē ip̄oꝝ: ⁊ miſit ſaturitatem in aīas eoꝝ. Et irritauerūt moyſē in caſtris: aarō ſcm̄ dñi. Apta eſt terra ⁊ deglutiuit dathā et op̄uit ſup̄ ꝯgregationem abyron. Et exarſit ignis in ſynagoga eoꝝ: flama ꝯbuſſit pctōres. Et fecerūt vitulum in oreb: et adorauerūt ſculptile. Et mutauerūt gloriā ſuā in ſimilitudinē vituli: comedētis fenū. Obliti ſunt deū q̄ ſaluauit eos: qui fecit magnalia i egypto mirabilia in terra cham: terribilia i mari rubro. Et dixit vt diſꝑderet eos: ſi nō moyſes electꝰ eius ſtetiſſet in cōfractione in cōſpectu eius. Ut auerteret iram eius ne diſꝑderet eos: ⁊ pro nichilo habuerūt terrā deſyderabilē. Nō crediderūt verbo eius et murmurauerūt in tabernaculis ſuis: nō exaudierūt vocē dñi. Et eleuauit manum ſuã ſuꝑ eos: vt pſterneret eos in deſerto Et vt deiiceret ſemẽ eoꝝ in nationibz: et diſꝑgeret eos in regionibz Et initiati ſunt beelphegor: ⁊ comederũt ſacrificia mortuoꝝ Et irritauerũt eum in adinuẽtioĩbz ſuis: et multiplicata ẽ ĩ eis ruina Et ſtetit phinees et placauit: et ceſſauit quaſſatio Et reputatũ eſt ei ad iuſticiã: in gñatione ⁊ gñationẽ vſqz in ſẽpiternũ Et irritauerũt eũ ad aq̃s ꝯtradictionis: ⁊ vexat⁹ eſt moyſes ꝓpter eos q̄r exacerbauerũt ſpm̃ ei⁹ Et diſtinxit ĩ labiis ſuis: nõ diſꝑdiderũt gẽtes quas dixit dñs illis Et cõmixti ſũt iter gẽtes: et didicerũt opa eoꝝ: et ſeruierũt ſculptilibus eoꝝ et factũ eſt illis in ſcandalũ Et immolauerũt filios ſuos: et filias ſuas demoniis Et effuderũt ſanguinem innocẽtem: ſanguinem filioꝝ ſuoꝝ ⁊ filiaꝝ ſuaꝝ: quas ſacrficauerunt ſculptilibus chanaam. Et interfecta eſt terra ĩ ſanguinibus et cõtaminata eſt in operibz eoꝝ et fornicati ſũt in adinuentionibz ſuis Et iratus eſt furore dñs in populum ſuũ: et abominatus eſt hereditatẽ ſuã Et tradidit eos in manus gentiũ: et dñati ſũt eoꝝ q̄ oderũt eos Et tribulauerunt eos inimici eoꝝ: et humiliati ſunt ſub manibz eoꝝ ſepe liberauit eos Ipſi aũt exacerbauerunt eũ in cõſilio ſuo: et humiliati ſũt in iniq̃tatibz ſuis Et vidit cũ tribularẽtur: et audiuit orõnem eoꝝ Et memor fuit teſtamenti ſui: ⁊ penituit eũ ſcd̃m multitudinẽ mie ſue Et dedit eos in miſericordias: in cõſpectu oĩm qui ceperãt eos Saluos fac nos dñe deus noſter: et congrega nos de nationibz. Et ꝯfiteamur noĩ ſcõ tuo: ⁊ gl̃iemur ĩ laude tua Benedictus dñs deus iſrl̃ a ſcl̃o ⁊ vſqz ĩ ſcl̃m: ⁊ dicet oĩs ppl̃s fiat fiat. cxix.

Confitemini dño q̃m bonus: q̃m in ſeculuz mĩa eius Dicant nũc q̇ redẽpti ſunt a dño quos redemit de manu inimici: de regionibz ꝯgregauit eos A ſolꝭ ortu ⁊ occaſu: ab aq̃lõe et mari. Erraverũt in ſolitudine in inaquoſo: viã ciuitatis hitaculi nõ invenerũt. Eſuriẽtes ⁊ ſitientes: aĩa eoꝝ in ipſis defecit. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽtur: ⁊ de neceſſitatibus eoꝝ eripuit eos. Et eduxit eos ĩ viã rectã: vt irẽt in ciuitatẽ hitationis. Cõfiteantur dño mĩe eiꝰ: et mirabilia eius filiis hoĩm. Quia ſatiauit aĩam inanẽ: et aĩmã eſuriẽtẽ ſatiauit bonis. Sedẽtes in tenebris ⁊ ĩ vmbra mortis: vinctos in mẽdicitate ⁊ ferro. Quia exacerbauerũt eloq̇a dei: et ꝯſilium altiſſimi irritauerũt. Et humiliatũ eſt in laboribus cor eoꝝ: et infirmati ſunt nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad dñm cum tribularẽtur: et de neceſſitatibꝫ eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris et vmbra mortꝭ: et vincula eoꝝ dirupit. Confiteantur dño mĩe eius: et mirabilia eiꝰ filiis hoĩm. Quia contriuit portas ereas: et vectes ferreos confregit. Suſcepit eos de via iniq̇tatis eoꝝ: ꝓpter iniuſticias ei ſuas hũiliati ſũt. Omnem eſcã aboĩata eſt aĩa eoꝝ: et appropinquauerũt vſqꝫ ad portas mortis. Et clamauerunt ad dñm cum tribularentur: et de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Miſit verbum ſuũ ⁊ ſanauit eos: et eripuit eos de ĩteritiõibꝫ eoꝝ. Confiteãtur dño mĩe eius: et mirabilia eiꝰ filiis hoĩm. Et ſacrificẽt ſacrificiũ laudis: et annũcient opa eiꝰ in exultatiõe. Qui deſcẽdũt mare ĩ nauibꝫ: facientes opationẽ in aquis multis. Ipſi viderũt opa dñi: et mirabilia eiꝰ in ꝓfũdo. Dixit ⁊ ſtetit ſpũs ꝓcelle: et exaltati ſũt fluctꝰ eius. Aſcendũt vſqꝫ ad celos et deſcendũt vſqꝫ ad abyſſos: aĩa eoꝝ ĩ malis tabeſcebat. Turbati ſunt et moti ſũt ſicut ebriꝰ: et oĩs ſapiã eoꝝ deuorata ẽ. Et clamauerũt ad dñm cũ tribularẽtꝰ: ⁊ de neceſſitatibꝰ eoꝝ eduxit eos. Et ſtatuit ꝓcellã eiꝰ in aurã: ⁊ ſiluerũt fluctꝰ eiꝰ. Et letati ſũt qꝛ ſiluerũt: ⁊ deduxit eos ĩ portũ volũtatis eoꝝ.

Confiteant̄ dn̄o mīe eius: et mirabilia eiꝰ filiis hoim. Et exaltent eum in ecclia plebꝭ: et in cathedra senioꝝ laudēt eum. Posuit fluia in desertū: et exitus aquaꝝ in sitim. Terrā fructiferā in salsuginē: a malicia ihabitantiū in ea. Posuit desertum in stagnā aquaꝝ: et terram sine aqua in exitus aquaꝝ. Et collocauit illic esuriētes: et ꝯstituerunt ciuitatē h̄itatiōis. Et seminauerūt agros ⁊ plantauerūt vineas: et fecerūt fructum natiuitatis. Et bn̄dixit eis et multiplicati sunt nimis: et iumēta eoꝝ nō miorauit. Et pauci facti sūt ⁊ vexati sūt: a tribulatiōe maloꝝ et dolore. Effusa est ꝯtentio sup pricipes: et errare fecit eos in inuio ⁊ nō in via. Et adiuuit pauperē de inopia: et posuit sicut oues familias. Videbūt recti ⁊ letabūtur: ⁊ ois iniq̇tas oppilabit os suū. Quis sapiēs ⁊ custodiet hec: et intelliget mīas dn̄i. Gloria. an. Visita nos dn̄e in salutari tuo. cxx.

Paratum cor meū deus paratū cor meū: cantabo et psallā in glia mea. Exurge psalteriū ⁊ cythara: exurgā diluculo. Cōfitebor tibi in populis dn̄e: et psallā tibi in natiōibꝫ. Quia magna ē sup celos mīa tua: et vsqꝫ ad nubes v̄itas tua. Exaltare sup celos deꝰ ⁊ sup oēm terrā glia tua: vt liberētur dilecti tui. Saluū fac dextera tua ⁊ exaudi me: deꝰ locutus est i scō suo. Exultabo et diuidā sichimam: ⁊ ꝯuallem tabernaculoꝝ dimetiar. Meus est galaad ⁊ meꝰ est manasses: et effraim susceptio capitis mei. Iuda rex meus: moab lebes spei mee. In ydumeā extēdam calciamētū meū: michi alienigene amici facti sūt. Quis deducet me in ciuitatē munitā: quis deducet me vsqꝫ in ydumeā. Nōne tu deus qui repulisti nos: ⁊ nō exibis deꝰ in virtutibꝫ nris. Da nobis auxilium de tribulatione: qꝛ vana salus hois. In deo faciemus virtutē et ip̄e ad nichilū deducet inimicos nrōs. ps. cxxxi.

Deus laudeꝫ meam ne

tacueris: quia os pctõris et os doloſi ſuꝑ me aꝑtum eſt. Locuti ſunt aduerſum me ligua doloſa: et ſermonibꝫ odii circūdederūt me: et expugnauerūt me grat̄. Pro eo vt me diligerēt detrahebāt michi: ego aūt orabam. Et poſuerunt aduerſū me mala pro bonis: ⁊ odiū pro dilectōe mea. Cōſtitue ſuꝑ eū pctōrē: et dyabolus ſtet a dextris eiꝰ. Cū iudicatur exeat ꝯdēnatꝰ: et orõ eiꝰ fiat in pctm̄. Fiant dies eius pauci: et ep̄atū eiꝰ accipiat alter. Fiāt filii eiꝰ orphani et vxor eiꝰ vidua. Nutātes trāſferant̄ filii eius ⁊ mēdicēt: et eiciātur de hītatōibꝫ ſuis. Scrutetur fenerator oēm ſubſtantiā eius: et diripiāt alieni labores eiꝰ. Nō ſit illi adiutor: nec ſit q̄ miſereatur pupillis eiꝰ. Fiāt nati eiꝰ in īteritū: in gn̄atione vna deleatur nomē eiꝰ. In memoriā redeat iniquitas patrū eius in cōſpectu dn̄i: et pctm̄ matris eius nō deleat̄. Fiāt ꝯtra dn̄m ſꝑ ⁊ diſpeat de terra meōria eoꝝ pro eo ꝙ nō eſt recordatꝰ facere miam. Et ꝑſecutus eſt hoīem inopē ⁊ mēdicū: ⁊ cōpunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionē et veniet ei: et noluit bn̄dictionem et elongabitur ab eo. Et induit maledictionem ſicut veſtimētum / et ītrauit ſicut aqua in īteriora eiꝰ: et ſicut oleum in oſſibꝫ eius. Fiat ei ſicut veſtimētum quo opit̄: et ſicut zona qua ſꝑ precingit̄. Hoc opꝰ eoꝝ q̇ detrahūt michi apd̄ dn̄m: ⁊ qui loquunt̄ mala aduerſꝰ aīam meam. Et tu dn̄e dn̄e fac mecū ꝓpter nomē tuū: qꝛ ſuauis ꝫ mia tua. Libera me qꝛ egenꝰ ⁊ pauꝑ ego ſū: et cor meū ꝯturbatū eſt ītra me. Sicut vmbra cū declinat ablatꝰ ſū: et excuſſus ſū ſicut locuſte. Genua mea infirmata ſūt a ieiunio: et caro mea imutata eſt ꝑter oleū. Et ego factꝰ ſū opprobriū illis: viderūt me ⁊ mouerūt capita ſua. Adiuua me dn̄e deꝰ meus: ſaluū me fac ſcd̄m miam tuam. Et ſciēt qꝛ manus tua hec: ⁊ tu dn̄e feciſti eam. Maledicent illi ⁊ tu bn̄dices: q̄ inſurgūt n me confundātur: ſeruus aūt tuꝰ letabiť. Induātur qui detrahūt michi pudore: et operiātur ſicut diploide cōfuſione ſua. Confitebor dño nimis in ore meo: et in medio multoꝝ laudabo eū. Qui aſtitit a dextris pauperis: vt ſaluam faceret a perſequentibꝫ aīam meam. Gloria. an. Confitebor dño nimis in ore meo. ℣. Dñe exaudi orōnem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Ante laud. ℣. Fiat mīa tua do. In lau. ā. Benigne fac in bona voluntate tua dñe. ꝑ. Miſerere. ꝑ. xxxii

Bonū eſt ꝯfiteri dño: ⁊ pſallere noī tuo altiſſime. Ad ānūciandū mane miām tuā: et veritatē tuā per noctem. In decacordo pſalterio: cū cātico ī cythara. Quia delectaſti me dñe in factura tua: et in opibus manuum tuarū exultabo. Quā magnificata ſūt opa tua dñe: nimis ꝓfūde facte ſunt cogitatiōes tue. Vir īſipiēs nō cognoſcet: ⁊ ſtultus nō ītelliget hec. Cum exorti fuerint pctōres ſicut fenū: et apparuerint oēs q̇ operantur iniquitatē. Vt intereāt in ſeclm ſcli: tu aūt altiſſimꝰ in eternū dñe. Qm̄ ecce inimici tui dñe: qm̄ ecce inimici tui ꝑibūt: et diſpergentur oēs qui operantur iniq̇tatē. Et exaltabiť ſicut vnicornis cornu meū: et ſenectus mea ī mīa vberi. Et deſpexit oculꝰ meus inimicos meos: et inſurgētibꝫ in me malignātibꝫ audiet auris mea. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo dñi: ī atriis domꝰ dei noſtri florebūt. Adhuc multiplicabūtur in ſenecta vberi: et bene patiētes erūt vt ānunciēt. Qm̄ rectꝰ dñs deꝰ noſter: et nō ē iniq̇tas in eo. Gloria. an. Metuāt dñm oēs fines terre. ꝑs. Deꝰ deus. an. Bonū eſt ꝯfiteri dño. xxxiiii

Audite celi q̄ loquor: audiat terra verba oris mei. Cōcreſcat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquiū meum. Quaſi ymber ſuper herbā: ⁊ quaſi ſtille ſuꝑ gramia: qꝛ nomē dñi inuocabo. Date magnificentiā deo nrō: dei per ſecta ſunt oꝑa et oēs vie eiꝰ iudicia. Deꝰ fidelis ⁊ abſqꝫ vlla iniquitate iuſtus et rectus: peccauerunt ei et non filii eiꝰ in ſordibꝫ. Generatio praua atqꝫ ꝑuerſa: heccine dño reddis pp̄le ſtulte ⁊ inſipiens. Nunqd non ipē eſt pater tuus qui poſſedit te: et fecit ⁊ creauit te. Memēto dieꝝ ātiquoꝝ: cogita gñatiões ſingulas. Interroga patrem tuũ et annunciabit tibi: maiores tuos et dicēt tibi. Quando diuidebat altiſſimꝰ gētes: quando ſeparabat filios adã. Conſtituit terminos populorum: iuxta numerũ filioꝝ iſrael.

Pars aũt dñi ppl's eius: iacob funiculus hereditat' eius. Inuenit eum ĩ terra deſerta: in loco horroris et vaſte ſolitudis. Circũduxit eum et docuit: et cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui. Sicut aquila ꝓuocans ad volandum pullos ſuos: et ſuꝑ eos volitãs Expandit alas ſuas et aſſumpſit eos: atqꝫ portauit in humeris ſuis. Dñs ſolꝰ dux eius fuit: et non erat cũ eo deus alienus. Conſtituit eũ ſuꝑ excelſam terram: vt comederet fructus agroꝝ. Vt ſugeret mel de petra: oleũqꝫ de ſaxo duriſſimo. Butyrum de armento: et lac de ouibus cum adipe agnoꝝ ⁊ arietum filioꝝ baſan. Et hyrcos cum medulla tritici et ſanguinem vue biberent meraciſſimum. Incraſſatus eſt dilectus et recalcitrauit: incraſſatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deum factorem ſuum: et receſſit a deo ſalutari ſuo.

Prouocauerũt eum ĩ diis alienis: et in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt demoniis et non deo: diis quos ignorabant. Noui recentesqꝫ venerunt: quos non coluerunt patres eoꝝ.

Deum qui te genuit dereliquiſti: et oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus et ad iracundiã concitatus eſt: quia prouocauerunt eum filii ſui et filie.

Et ait abſcondam faciem meã ab eis: et conſyderabo nouiſſima eoꝝ. Generatio eni perverſa eſt: et īfideles filii. Ipſi me ꝓuocauerunt in eo q̇ nō erat deꝰ: et irritauerunt in vanitatibꝫ ſuis. Et ego ꝓuocabo eos in eo qui nō eſt ppl̄s: et in gente ſtulta irritabo illos. Ignis ſuccēſus ꝫ in furore meo: et ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima. Deuorabitqꝫ terrā cū germine ſuo: et mōtium fūdamēta ꝯburet. Congregabo ſuꝑ eos mala: et ſagittas meas complebo in eis. Cōſumētur fame: et deuorabūt eos aues morſu amariſſimo. Dētes beſtiarum imittā in eos: cū furore trahentiū ſuꝑ terrā atqꝫ ſerpētiū. Foris vaſtabit eos gladiꝰ et ītus pauor: iuuenem ſimul ac virginē lactentem cū hoīe ſene. Et dixi vbinā ſunt: ceſſare faciā ex hoībꝫ memoriam eoꝝ. Sed propter irā inimicoꝝ diſtuli: ne forte ſuꝑbirent hoſtes eoꝝ. Et dicerent manꝰ nrā excelſa: et nō dn̄s fecit hec oīa. Gens abſqꝫ cōſilio eſt et ſine prudentia: vtinā ſaperēt ⁊ ītelligerēt ac nouiſſima ꝓuiderent. Quomodo ꝑſeq̄batur vnꝰ mille: et duo fugarent decēmilia. Nōne ideo quia deus ſuꝰ vēdidit eos: et dn̄s ꝯcluſit illos. Non eī eſt deꝰ noſter vt dii eoꝝ: et inimici nri ſunt iudices. De vinea ſodomoꝝ vinea eoꝝ: et de ſuburbāis gomorre. Uua eoꝝ vua fellis: ⁊ botri amariſſimi. Fel draconū vinū eoꝝ: et venenū aſpidū inſanabile. Nōne hec cōdita ſūt apud me: ⁊ ſignata ī theſauris meis. Mea eſt vltio et ego retribuā eis in tp̄e: vt labat᷑ pes eoꝝ. Iuxta ꝫ dies ꝑditiōis: et adeſſe feſtinant tp̄a. Iudicabit dn̄s populū ſuū: et in ſeruis ſuis miſerebitur. Videbit ꝙ īfirmata ſit manꝰ eiꝰ et clauſi q̊qꝫ defecerūt: reſiduiqꝫ ꝯſumpti ſūt. Et dicēt vbi ſūt dii eoꝝ in quibꝫ habebāt fiduciam. De quoꝝ victimis comedebant adipes: et bibebāt vinum libaminū. Surgant ⁊ opitulētur vobꝭ: et ī neceſſitate vos ꝓtegāt. Videte ꝙ ego ſim ſolꝰ: et nō ſit alius deus p̄ter me. Ego occidam et ego viuere faciā ꝑcutiā ⁊ ego ſanabo: ⁊ nō eſt q̇ de ma

nu mea possit eruere. Le
nabo ad celū manū meam:
et dicā viuo ego i eternum.
Si acuero vt fulgur gla
diū meū: et arripuerit iudi
ciū man⁹ mee. Reddā vl
tionē hostibꝫ meis: et his q̇
oderūt me retribuam. Ine
briabo sagittas meas sāgui
ne: et gladi⁹ me⁹ deuorabit
carnes. De cruore occisoꝝ
et de captiuitate nudati ini
micoꝝ capitis. Laudate gē
tes pplm eius: q2 sanguinē
seruoꝝ suoꝝ vlciscetur. Et
vindictā retribuet in hostes
eoꝝ: et ppici⁹ erit terre ppli
sui. Glia. ā. Et in seruis suis
dñs miserebitur. an. In cymba
lis benesonātibꝫ laudate dñm.
ps. Laudate. Cp̄. Vigil. y⁹.

Aurora iā spargit polū
terris dies illabit: luc
resultat spiculum: discedat
oē lubricū. Fantasma noct
decidat mētis reat⁹ subruat
quidq̇d tenebris horridum:
nox attulit culpe cadat. Vt
mane illud vltimū qđ pre
stolamur cernui i lucē nob
effluat: dū hoc canore ꝯcre
pat. Deo pr̄i sit glia eiusqꝫ
soli filio: cū sp̄ū paraclito
regnās per oē sclm. Amen.
Per estatē. y⁹. Ecce iam no.
℟. In matuti. an. In viā pacis
dirige nos dñe. ps. Bñdictus
Preces ⁊c̄ vt s̄. Or̄. vt decet.

¶ Die dñica ad vēs. ps. cxxxiiii.

Dixit dñs domino
meo: sede a dextꝭ
meis. Donec po
nam īimicos tu
os: scabellum pedum tuoꝝ
Virgā virtutꝭ tue emittet
dñs ex syon: dñare i medio
inimicoꝝ tuoꝝ. Tecū prin
cipiū in die virtutis tue in
splendoribꝫ sctōꝝ: ex vtero
ante luciferū genui te. Iu
rauit dñs ⁊ nō penitebit eū:
tu es sacerdos in eternū scdm
ordinē melchisedech. Dñs
a dextris tuis: cōfregit i die
ire sue reges. Iudicabit in
nationibꝫ iplebit ruinas:
cōquassabit capita in terra
multoꝝ. De torrēte in via
bibit: ppterea exaltauit ca
put. Glia. an. Sede a dextris
meis dixit dñs dño meo. cxxv.

Confitebor tibi dñe in
toto corde meo: in ꝯsi
lio iustoꝝ ⁊ congregatione.
Magna opa dñi: exquisita
in omnes voluntates eius

Confeſſio ⁊ magnificẽtia opꝰ eiꝰ: et iuſticia eiꝰ manet in ſeclm ſcli. Memoriã fecit mirabiliũ ſuoꝝ miſericors et miſerator dñs: eſcã dedit timẽtibꝫ ſe. Memor erit in ſeclm teſtamẽti ſui: virtutẽ opeꝝ ſuoꝝ ãnũciabit pplo ſuo. Vt det illis hereditatẽ gẽtiũ: opa manuũ eiꝰ veritas ⁊ iudiciũ. Fidelia oĩa mãdata eius cõfirmata in ſeclm ſeculi: facta ĩ veritate et eq̃tate. Redẽptionẽ miſit dñs pplo ſuo: mãdauit in eternũ teſtamẽtum ſuum. Sctm̃ ⁊ terribile nomẽ eiꝰ: initiũ ſapie timor dñi. Intellectꝰ bonꝰ oĩbꝫ facientibꝫ eũ: laudatio eiꝰ manet ĩ ſeculũ ſcli. Glia. an. Fidelia oĩa mãdata eiꝰ cõfirmata in ſeculum ſeculi. ps. cxxxvi.

Beatꝰ vir q̇ timet dñm: in mãdatis eiꝰ volet nimis. Potẽs ĩ terra erit ſemẽ eiꝰ generatio rectoꝝ bñdicetur. Glia et diuitie ĩ domo eiꝰ: et iuſticia eiꝰ manet in ſeclm ſcli. Exortũ eſt in tenebris lumen rectis: miſericors et miſerator ⁊ iuſtꝰ. Iocũdus hõ qui miſeret̃ et cõmodat: diſponit ſermones ſuos in iudicio: qꝛ ĩ eternũ nõ commouebit̃. In meõria eterna erit iuſtus: ab auditiõe mala nõ timebit. Paratũ cor eiꝰ ſꝑare in dño: confirmatũ eſt cor eiꝰ non ꝯmouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos. Diſperſit dedit pauꝑibꝫ iuſticia eiꝰ manet in ſeclm ſcli: cornu eius exaltabit̃ in glia. Pctõr videbit et iraſcetur dentibꝫ ſuis fremet ⁊ tabeſcet: deſyderium pctõꝝ ꝑibit. Glia. ã. In mãdatis eiꝰ volet nimis. ps. cxxxvii

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi. Sit nomẽ dñi bñdictũ: ex hoc nũc ⁊ vſqꝫ in ſeclm. A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſũ: laudabile nomẽ dñi. Excelſus ſuꝑ oẽs gẽtes dñs: ⁊ ſuꝑ celos glia eius. Quis ſicut dñs deꝰ noſter q̇ in altis habitat: humilia reſpicit in celo et ĩ terra. Suſcitãs a terra inopẽ: ⁊ de ſtercore erigens pauꝑẽ. Vt collocet eũ cũ ꝑncipibꝫ: cũ ꝑncipibꝫ ppli ſui. Qui habitare facit ſterilẽ in domo: matrẽ filioꝝ letãtem. Glia. an. Sit nomẽ dñi benedictū in ſecl'a. ps. cxiii.

IN exitu iſrael de egypto: domꝰ iacob de populo barbaro. Facta eſt iudea ſctificatio eiꝰ: iſrl' ptās eiꝰ. Mare vidit ⁊ fugit: ioꝛdanis ꝯuerſus eſt retroꝛſū. Mōtes exultauerūt vt arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiū. Quid ē tibi mare ꝙ fugiſti: et tu ioꝛdanis qꝛ cōuerſus es retroꝛſū. Mōtes exultaſtis ſicut arietes: ⁊ colles ſicut agni ouium. A facie dn̄i mota ē terra: a facie dei iacob. Qui cōuertit petrā in ſtagna aquaꝝ: et rupē in fontes aquaꝝ. Non nobis dn̄e nō nobis: ſꝫ nōi tuo da gl'iam. Sup̄ mīa tua ⁊ veritate tua: nequādo dicāt gētes vbi ē deꝰ eoꝝ. Deus aūt noſter i celo: oīa q̄cūqꝫ voluit fecit. Simulacra gētiū argētū ⁊ aurū: opa manuū hoīm. Os habēt et non loquētur: oculos habēt ⁊ nō videbūt. Aures habent et nō audiēt: nares hn̄t ⁊ non odoꝛabūt. Manꝰ habent et nō palpabūt pedes habēt et nō ābulabūt: nō clamabūt in gutture ſuo. Similes illꝛ fiant q̇ faciūt ea: et oēs qui cōfidūt i eis. Domꝰ iſrl' ſperauit in dn̄o: adiutoꝛ eoꝝ et ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt. Domꝰ aaron ſpauit i dn̄o: adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt. Qui timent dn̄m ſpauerūt i dn̄o adiutoꝛ eoꝝ ⁊ ꝓtectoꝛ eoꝝ eſt. Dn̄s memoꝛ fuit nr̄i: et bn̄dixit nob. Bn̄dixit domui iſrl': bn̄dixit domui aaron. Benedixit oībꝫ q̇ timēt dn̄m: puſillis cū maioꝛibꝫ. Adiiciat dn̄s ſup̄ vos: ſup̄ vos ⁊ ſup̄ filios vr̄os. Bn̄dicti vos a dn̄o: qui fecit celū et terrā. Celū celi dn̄o: terrā autē dedit filiis hoīm. Nō moꝛtui laudabunt te dn̄e: neqꝫ oēs q̇ deſcendūt in infernū. Sed nos q̇ viuimꝰ bn̄dicimus dn̄o: ex hoc nūc ⁊ vſqꝫ in ſeclm. á. Nos qui viuimus benedicimus dn̄o. Cap̄m.

DEus aūt dirigat coꝛda et coꝛpoꝛa noſtra i caritate dei ⁊ patientia xp̄i. yꝰ.

LUcis creatoꝛ optime: lucē dieꝝ ꝓferens: primoꝛdiis luc̄ noue mūdi parans originē. Qui mane iunctū veſpi diē vocari ꝓcipis: tetrū chaos illabiť audi ꝓces cū fletibꝫ. an. Ne mēs grauata crimine vite sit exul munere: dū nil perenne cogitat seseqꝫ culpis illigat. Celoꝝ pulset intimū vitale tollat premiū: vitemus oē noxiū purgemus oē p̄ssimū. Presta pr̄ piissime pr̄iqꝫ cōpar vnice: cū spū paclito regnās p̄ oē sclm̄. Amē. ℣ Dirigat̄ dñe ad te orō mea. ℞ Sicut icensū in ɔspectu tuo. Vsqꝫ ad purifi. dr̄ Gloria tibi dñe qui na.

¶ Feria. ii. ad vēs. ps. cxxxix.

Dilexi: qm̄ exaudiet dñs: vocē orationis mee. Quia inclinauit aurē suā michi: et in diebꝫ meis iuocabo. Circūdederunt me dolores mortis: et pericula iferni iuenerūt me. Tribulationē et dolorem iueni: ⁊ nomē dñi iuocaui. O dñe libera aiam meam misericors dñs ⁊ iustꝰ: ⁊ deꝰ noster miseret̄. Custodiēs paruulos dñs: huiliatꝰ sū et liberauit me. Cōuertere aia mea i reqem tuā: qꝛ doꝰ benefecit tibi. Quia eripuit aiam meā de morte oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapsu. Placebo dño in regiōe viuoꝝ. an. Inclinauit dñs aurē suā michi. ps. cxl.

Credidi pp̄ter qđ locutus sū: ego aūt humiliatꝰ sū nimis. Ego dixi in excessu meo: oīs hō mēdax. Quid retribuam dño: pro oībꝫ q̄ retribuit m̄. Calicē salutaris accipiā: ⁊ nomen dñi inuocabo. ℣ Vota mea dño reddā corā oī pp̄lo eiꝰ: preciosa in ɔspectu domini mors scōꝝ eius. O dñe qꝛ ego seruꝰ tuꝰ: ego seruꝰ tuꝰ et filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: ⁊ nomē dñi inuocabo ℣ Vota mea dño reddā in conspectu oīs pp̄li eiꝰ: in atriis domꝰ dñi in medio tui hirlm̄. an. Credidi pp̄ter qđ locutꝰ sum. ps. cxli

Laudate dñm oēs gentes: laudate eū oēs populi. Qm̄ ɔfirmata est sup̄ nos mīa eiꝰ: et veritas dñi manet i eternū. Gła. a͞. Laudate dñm oēs gentes. ps. cxlii.

Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera aiam meā a labiis iniq̄s: et a lingua dolosa. Quid det̄ tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosã. Sagitte potẽtis acute: cũ carbonibꝫ desolatoriis. Heu michi qꝛ icolatus me⁹ ꝓlõgat⁹ est: habitaui cum habitãtibꝫ cedar: multum icola fuit aĩa mea. Cũ his q̇ oderũt pacẽ erã pacific⁹: cũ loq̄bar illis ipugnabãt me gratis. Glia. ã.

Clamaui ꝛ exaudiuit me. cxliii.

Leuaui oculos meos i mõtes: vnde veiet auxiliũ michi. Auxiliũ meũ a dño: q̇ fecit celũ et terram. Nõ det in ꝯmotionẽ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet q̇ custodit te. Ecce nõ dormitabit neqꝫ dormiet: qui custodit israel. Dñs custodit te dñs ꝓtectio tua: sup manũ dexterã tuã. Per diem sol non vret te: neqꝫ luna per noctẽ. Dñs custodit te ab oi malo: custodiat aiam tuã dñs. Dñs custodiat introitum tuũ ꝛ exitũ tuũ: ex hoc nũc ꝛ vsqꝫ i sec̄lm. Glia. ã. Auxiliũ meũ a dño. cꝑ. Dñs aut. y⁹.

Immense celi ꝯditor q̇ mixta ne ꝯfunderent: aq̄ fluẽta diuidẽs celũ dedisti limitẽ. Firmãs locũ celestibꝫ simulqꝫ terre riuulis vt vnda flamas tẽperet terre solũ ne dissipẽt. Infũde nũc piissime donũ ꝑennis gratie: fraudis noue ne casibꝫ nos error atterat vetus. Lucẽ fides iueniat sic luminis iubar ferat hec vana cũcta terreat: hãc falsa nulla cõprimant. Presta pater piissime patriqꝫ cõpar vnice: cũ spũ ꝑaclito regnãs ꝑ oẽ sec̄lm. Amen. ℣. Dirigat dñe. Per estatẽ. y⁹. Lucis creator ℣. Dirigat. ã. Magnificet te sꝑ aĩa mea de⁹ meus. ꝑ. Magñ. Preces vt s̄. Or̄ vt decet. Mẽ de sctã maria ꝛ cetere meõrie vt supra ad matu. in secũda feria.

¶ Fẽ. iii. ad vẽs. ꝑs. cxliiii.

Letatus sũ in his q̄ dicta sunt michi: in domũ dñi ibimus. Stantes erant pedes nri: in atriis tuis hierl̄m. Hierl̄m que edificat̃ vt ciuitas: cui⁹ participatio eius in idipm. Illuc ei ascẽderũt tribus trib⁹ dñi: testioniũ isrl̄ ad cõfitendũ noi dñi. Qꝛ illic sederũt sedes in iudicio: sedes sup domũ dauid. Rogate q̄ ad pacẽ sũt hierl̄m: et abundātia diligentibus te. Fiat pax ī virtute tua : et abundantia iu turribꝫ tuis Propter frēs meos et proximos meos: loq̄bar pacē de te. Propter domum dn̄i dei nr̄i : q̄ſiui bona tibi. Gloria.

ā. In domū dn̄i letātes ibimꝰ.

Ad te leuaui ps. cxl v.
oculos meos: q̄ hītas in celis. Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ: in manibꝫ dn̄oꝝ ſuoꝝ. Sicut oculi ancille in manibus dn̄e ſue: ita oculi nr̄i ad dn̄m deū noſtruz donec miſereaᷓ nr̄i. Miſerere nr̄i dn̄e miſerere nr̄i: qꝛ multū repleti ſumus deſpectione. Quia multū repleta ē aīa nr̄a: opprobriū abundātibꝫ et deſpectio ſuperbis. Gloria patri. ā. Qui habitas in celis miſerere nobis. ps. cxl vi.

Nisi qꝛ dn̄s erat in nobis dicat nūc iſrl̄: niſi qꝛ dn̄s erat in nobis. Cum exurgerēt hoīes ī nos: forte viuos deglutiſſēt nos. Cū iraſceretᷓ furor eoꝝ in nos: forſitā aq̄ abſorbuiſſet nos. Torrētē ꝑtrāſiuit aīa nr̄a forſitan ꝑtrāſiſſet aīa nr̄a aquā intolerabilē. Bn̄dictus dn̄s q̄ nō dedit nos: in captione dētibꝫ eoꝝ. Anima nr̄a ſicut paſſer erepta eſt : de laq̄o venantiū. Laqueus cōtritꝰ eſt: ⁊ nos liberati ſumus. Adiutoriū noſtrū in noīe dn̄i: q̄ fecit celū ⁊ terrā Gloria. an. Adiutoriū noſtrū in nomine dn̄i. ps. cxl vii

Qui ꝯfidūt in dn̄o ſicut mōs ſyon: non cōmouebitur in eternū q̄ habitat in hirl̄m. Mōtes in circuitu eius et dn̄s in circuitu populi ſui : ex hoc nūc et vſqꝫ in ſc̄lm. Quia nō relinquet dn̄s virgam peccatorū ſuꝑ ſortem iuſtoꝝ: vt nō extendant iuſti ad iniquitatē manus ſuas. Benefac dn̄e: bonis ⁊ rectis corde. Declinātes autē in obligatiōes adducet dn̄s cum operātibus iniquitatem: pax ſuꝑ iſrael Gloria. ā. Benefac dn̄e bonis et rectis corde. ps. cxl viii.

In cōuertendo dn̄s captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut ꝯſolati. Tūc repletum eſt gaudio os noſtrū: et lingua nr̄a exultatione. Tūc dicēt iter gētes: magnificauit dnꝰ facere cū eis. Magnificauit dñs facere nobiſcũ: facti ſumus letantes. Conuerte dñe captiuitatẽ noſtrã: ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metẽt. Euntes ibãt ⁊ flebãt: mittẽtes ſemina ſua. Venientes aũt veniẽt cũ exultatione: portãtes manipulos ſuos. an. Facti ſumus ſicut cõſolati. cꝑ. Dñs aũt dixi. yꝰ.

Telluris ingẽs conditor mũdi ſolũ q̇ eruẽs pulſis aque moleſtiis terrã dediſti imobilẽ. Ut germẽ aptũ ꝓferẽs fuluis decora floribꝫ fecunda fructu ſiſteret: paſtũq; gratũ redderet. Mentis peruſte vulnera munda viroris gratia vt facta fletu diluat: motuſq; prauos atterat. Juſſis tuis obtemperet nullis malis approximet: bonis repleri gaudeat: et mortis actũ neſciat. Preſta pr̄. ℣. Dirigat. Per eſtatẽ: yꝰ. Lucis creator ℣. Dirigatur dñe. ã. Exultauit ſpiritus meꝰ in deo ſalutari meo ꝑs. Magnificat. Preces et cetera vt ſupra. Oratio vt decet.

¶ Feria. iiii. ad vẽs. ꝑ. cxlix.

Niſi dñs edificauerit domũ: in vanũ laborauerũt q̇ edificãt eã. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat q̇ cuſtodit eã. Vanũ eſt voƀ ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis q̇ mãducatis panẽ doloris. Cũ dederit dilectis ſuis ſõnũ: ecce hereditas dñi filii merces fructus vẽtris. Sicut ſagitte in manu potẽtis: ita filii excuſſoꝝ. Btũs vir q̇ ĩpleuit deſyderiũ ſuũ ex ipſis: nõ ꝯfundet᷑ cũ loq̃tur inimicis ſuis in porta. an. Beatus vir qui impleuit deſyderium ſuum. ꝑ. cl.

Beati oẽs q̇ timẽt dñm q̇ ambulãt ĩ viis eius. Labores manuũ tuaꝝ qꝛ mãducabis: btũs es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua ſicut vitis abũdans: in lateribꝫ domus tue. Filii tui ſicut nouelle oliuaꝝ: ĩ circuitu mẽſe tue. Ecce ſic bñdicet᷑ hõ: qui timet dñm. Bñdicat tibi dñs ex ſyon: ⁊ videas bona hierłm oĩbus diebus vite tue. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ: pacẽ ſup iſrł. ã. Beati oẽs qui timẽt dñm. ps. cli.

Sæpe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: dicat nũc isrl. Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: etenim nõ potuerunt michi. Supra dorsũ meũ fabricauerũt pctõres: plõgauerũt iniq̃tatẽ suam. Dñs iustus cõcidet ceruices pctõꝝ: ꝯfũdãtur ⁊ ꝯuertãtur retrorsũ oẽs qui oderũt syon. Fiãt sicut fenũ tectoꝝ: qd̃ priusq̃ euellatur exaruit. De quo nõ impleuit manũ suã qui metet: et sinũ suũ qui manipulos colliget. Et nõ dixerũt qui preteribãt bñdictio dñi sup vos: bñdicim⁹ vob in noĩe dñi. ã. Bñdicimus vobis in nomine dñi. p̃s. clii.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intẽdentes: in vocẽ dep̃catiõis mee. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe q̇s sustinebit. Quia apud te ꝓpiciatio est: et ꝓpter legẽ tuã sustinui te dñe. Sustinuit aĩa mea ĩ ỽbo ei⁹: sperauit aĩa mea in dño. A custodia matutina vsq; ad noctẽ: speret isrl in dño. Quia apud dñm mĩa: et copiosa apud eum redẽptio. Et ipse redimet israel: ex oĩbz iniq̃tatibz ei⁹. ã. De ꝓfũdis clamaui ad te dñe.

Domine nõ est p̃s. cliii. exaltatũ cor meũ: neq; elati sũt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibz sup me. Si nõ humiliter sentiebã: sed exaltaui aĩam meã. Sicut ablactat⁹ sup matre sua: ita retributio ĩ aĩa mea. Speret isrl in dño: ex hoc nũc ⁊ vsq; ĩ sc̃lm. ã. Speret isrl in dño. c. h. Dñs aũt dixi. y⁹.

Celi deus sctissime qui lucidũ cẽtrũ poli: candore pingis igneo: augens decoro lumĩe. Quarto die qui flameã solis rotã ꝯstituẽs: lune ministrãs ordini vagos recurs⁹ sydeꝝ. Ut noctibz vel lumini diremptionis terminũ primordiis ⁊ mẽsium signum daret notissimum. Illumina cor hoim absterge sordes mentiũ: resolue culpe vinculum/ euerte moles criminũ. Presta pr̃ piissi. ℟. Dirigat. Per estatẽ. y⁹. Lucis creator. ℟. Dirigat. an. Respexisti humilitatẽ meam dñe deus meus. ꝑ. Magnĩ. Preces vt ſ.

¶ Feria. v. ad vſp. ps. cliiii.

Memēto dñe dauid: et oīs mãſuetudīs eius. Sicut iurauit dño: votū vouit deo iacob. Si introiero ī tabernaculum dom⁹ mee: ſi aſcēdero in lectū ſtrati mei. Si dedero ſomnū oculis meis: palpebris meis dormitationē. Et requiē tpibꝫ meis: donec inueniā locum dño tabernaculū deo iacob. Ecce audiuim⁹ eam in ephrata: inuenimus eam in campis ſilue. Introibimus in tabernaculū ei⁹: adorabimus in loco vbi ſteterūt pedes ei⁹. Surge dñe in requiē tuā: tu et archa ſanctificationis tue. Sacerdotes tui induantur iuſticiā: et ſcī tui exultent. Propter dauid ſeruū tuū: non auertas faciē chriſti tui. Iurauit dñs dauid veritatē et nō fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponam ſup ſedem tuā. Si cuſtodierint filii tui teſtamentū meū: et teſtimonia mea hec q̃ docebo eos. Et filii eoꝝ vſqꝫ in ſclm: ſedebunt ſup ſedē tuā. Qm̃ elegit dñs ſyon: elegit eā in habitationē ſibi. Hec requies mea in ſclm ſcli: hic habitabo qm̃ elegi eam. Viduā eius bñdicēs bñdicā: pauperes eius ſaturabo panibꝫ. Sacerdotes eius induā ſalutari: et ſcī eius exultatiōe exultabūt. Illuc pducā cornu dauid: paraui lucernam xp̄o meo. Inimicos eius induā ꝯfuſione: ſup ipſm aūt efflorebit ſanctificatio mea. Gloria patri. an. Et omnis manſuetudinis eius. ps. clv.

Ecce q̃ bonum et q̃ iocundū: habitare fratres in vnū. Sicut vnguentum in capite: qđ deſcendit in barbam barbam aaron. Quod deſcēdit in orā veſtimenti ei⁹: ſicut ros hermon qui deſcēdit in montē ſyon. Qm̃ illic mādauit dñs benedictionē: et vitā vſqꝫ in ſclm. Gloria patri. a. Ecce q̃ bonum et q̃ iocundum. Non dicitur ad veſperas iſte ps. clvi.

Ecce nūc bñdicite dñm oms ſerui dñi. Qui ſtatis in domo dñi: ī atriis dom⁹ dei nr̄i. In noctibus extollite man⁹ vr̃as in sancta: et bñdicite dñm. Benedicat te dñs ex syon: qui fecit celum ⁊ terram.

ps. cl vii.

Laudate nomẽ dñi: laudate serui dñm. Qui statis i domo dñi: in atriis domus dei nostri. Laudate dñm q: bonus dñs: psallite nomini e⁹ qm̃ suaue. Qm̃ iacob elegit sibi dñs: israel in possessionem sibi. Quia ego cognoui q' magnus est dñs: et deus noster pre oibꝫ diis. Omnia quecũqꝫ voluit dñs fecit in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluuiam fecit. Qui producit vẽtos de thesauris suis qui percussit primogenita egypti: ab homine vsqꝫ ad pecus. Et misit signa ⁊ prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas: et occidit reges fortes. Sed regẽ amorreorum et og regem basan: et omnia regna chanaam. Et dedit terram eoꝝ hereditatem: hereditatem israel populo suo. Dñe nomen tuum in eternum: dñe memoriale tuũ in generatiõe et generationem. Quia iudicabit dñs populũ suum: et in seruis suis deprecabit'. Simulacra gentiũ argentum et aurum: opera manuum hominum. Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbũt. Aures habent et non audient: neqꝫ eni est spiritus in ore ipsoꝝ. Similes illis fiant qui faciunt ea: et oẽs qui confidunt in eis. Domus israel benedicite dño: dom⁹ aaron benedicite domino. Domus leui benedicite dño: qui timetis dñm benedicite dño. Benedictus dñs ex syon: qui habitat in hierusalem. Gloria patri.

an. Omnia quecumqꝫ voluit dominus fecit.

Psalmus. cl viii.

Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in eternũ misericordia eius. Confitemini: deo deoꝝ. Confitemini dño dñoꝝ. Qui facit mirabilia magna solus. Qui fecit celos in intellectu. Qui firmauit terrã: sup aquas

Qui fecit luminaria magna. Solem in poteſtatem diei. Lunam et ſtellas: in poteſtatem noctis. Qui percuſſit egyptū: cum primogenitis eoꝝ. Qui eduxit iſrl' de medio eoꝝ. In manu potēti ⁊ brachio excelſo. Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones. Et eduxit iſrael: per mediū eius. Et excuſſit pharaonē et virtutē eius: in mari rubro. Qui traduxit populū ſuū: per deſertū. Qui pcuſſit reges magnos. Et occidit reges fortes. Et Seon regem amorreorum. Et og regem baſan. Et dedit terrā eoꝝ hereditatem. Hereditatē iſrl' ſeruo ſuo. Quia i humilitate noſtra memor fuit noſtri. Et redemit nos ab īimicis noſtris. Qui dat eſcam omni carni. Confitemini deo celi. Confitemini dño dñoꝝ: qm̄ in eternū mia eius. Gloria. an. Qm̄ in eternū mia eiꝰ. ps. clix.

Super flumina babilonis illic ſedimꝰ ⁊ fleuimꝰ: dum recordaremur ſyon. In ſalicibꝫ in medio eius: ſuſpēdimus organa noſtra. Quia illic īterrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum. Et qui abduxerunt nos: hymnum cātate nobꝭ de canticis ſyon. Quomō cātabimus cāticū dñi: in terra aliena? Si oblitꝰ fuero tui hieruſalē: obliuioni detur dextera mea. Adhereat lingua mea faucibꝫ meis: ſi nō meminero tui. Si nō ꝓpoſuero tui hirſlm: i principio leticie mee. Memor eſto dñe filioꝝ edom: in diē hirſlm. Qui dicunt exinanite exinanite: vſqꝫ ad fundamentum in ea. Filia babilonis miſera: beatꝰ qui retribuet tibi retributionē tuā: quā retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit: et allidet paruulos ſuos ad petrā. Gloria patri. an. Hymnum cantate nobis de canticis ſyō. Cp. Dñs autem dirigat. Hyꝰ.

Magne deꝰ potētie qui ex aqs ortū genꝰ partim remittis gurgiti partim leuas i aera. Dimerſa limphis imprimens: ſubiecta celis irrigās: vt ſtirpe vna ꝓdita diuerſa rapiāt loca.

Largire cunctis ſeruulis quos mūdat vnda ſanguinis neſcire lapſus criminū nec ferre mortis tediū. Vt culpa nullū deprimat nullū leuet iactātia eliſa mens ne cōcidat: elata mēs ne corruat. Preſta pr̄. ℣. Dirigat̄ dñe. Per eſtatē. hy̅. Lucis creator ℣. Dirigatur. an. Depoſuit potentes ſctōs pſequētes et exaltauit humiles xp̄m confitentes. ps̄ Magnī. Preces ⁊ vts̄. et memorie fer̄. vt i fe̅. ii. ad mat̄ pr̄.

Feria. vi. ad vēs. ps̄. clix.

Confitebor tibi dñe in toto corde meo: qm̄ audiſti oia v̄ba oris mei. In cōſpectu angelorꝫ pſallā tibi: adorabo ad templū ſctm̄ tuū ⁊ confitebor noī tuo. Super mia tua ⁊ veritate tua: qm̄ magnificaſti ſup oē nomē ſctm̄ tuū. In quacūqꝫ die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aīa mea virtutē. Confiteātur tibi dñe oēs reges terre: qr audierūt oia verba oris tui. Et cantēt in viis dñi: qm̄ magna eſt glia dñi. Qm̄ excelſus dñs ⁊ humilia reſpicit et alta a longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me et ſup irā inimicorꝫ meorꝫ extendiſti manū tuā: et ſaluū me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me: dñe mīa tua in ſeculū: opa manuū tuarꝫ ne deſpicias. Gloria. an. In conſpectu angelorꝫ pſallam tibi deus meus. ps̄. clx.

Domine pbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meam. Intellexiſti cogitatiōes meas delonge: ſemitā meā et funiculū meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas preuidiſti: qr nō eſt ſermo i ligua mea. Ecce dñe tu cognouiſti oīa nouiſſima et antiqua: tu formaſti me ⁊ poſuiſti ſup me manū tuā. Mirabilis facta eſt ſciētia tua ex me: confortata eſt ⁊ nō potero ad eam. Quo ibo a ſpū tuo: et quo a facie tua fugiā. Si aſcendero in celū tu illic es: ſi deſcēdero ad iſernū ades. Si ſūpſero pēnas meas diluculo: et hitauero in extremis maris. Etenī illic man⁹ tua deducet me: et tenebit me dextera tua. Et dixi forſitā tenebre cōculcabunt me: et nox illuīatio mea ī deliciis meis. Quia tenebre nō obſcurabūtur a te: ⁊ nox ſicut dies illuīabitur / ſicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris mee. Cōfitebor tibi qꝛ terribiliter magnificat⁹ es: mirabilia opa tua ⁊ aīa mea cognoſcet nimis. Non eſt occultatū os meū a te qd feciſti in occulto: et ſubſtātia mea in īferioribꝫ terre. Imꝑfectū meū viderūt oculi tui et in libro tuo oēs ſcribentur: dies formabūtur ⁊ nemo in eis. Michi aūt nimis honorificati ſūt amici tui de⁹: nimis ꝯfortatus eſt principatus eorum. Dinumerabo eos ⁊ ſuper arenā multiplicabūtur: exurrexi ⁊ adhuc ſū tecum. Si occideris deus pctōres: viri ſanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatiōe accipiāt in vanitate ciuitates ſuas. Nōne q̇ oderūt te dñe oderā: et ſuꝑ inimicos tuos tabeſcebam. Perfecto odio oderā illos: inimici facti ſūt michi. Proba me de⁹ et ſcito cor meū: interroga me et cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi via iniq̇tatis in me eſt: et deduc me ī via eterna. Gloria. an. Dñe ꝓbaſti me et cognouiſti me. ps. clxi.

Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniq̇tates in corde: tota die cōſtituebāt p̄lia. Acuerūt liguas ſuas ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub labiis eoꝝ. Cuſtodi me dñe de manu pctōris: ⁊ ab hoībꝫ iniq̇s eripe me. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſus meos: abſcōderūt ſuꝑbi laq̄um michi. Et funes extēderūt in laqueum: iuxta iter ſcandalū poſuerūt michi. Dixi dño de⁹ me⁹ es tu: exaudi dñe vocē dep̄cationis mee. Dñe dñe virt⁹ ſalutꝭ mee: obūbraſti ſuꝑ caput meū in die belli. Non tradas me dñe a deſyderio meo pctōri: cogitauerunt cōtra me ne derelinq̄s me ne forte exaltentur. Caput circuit⁹ eoꝝ: labor labi oꝛum ipſoꝝ opiet eos. Cadent ſuper eos carbones: in ignē deiicies eos: i miſeriis nō ſubſiſtēt. Vir liguoſus nō dirigetur in terra: virū iniuſtū mala capiēt i interitu. Cognoui qꝛ faciet dñs iudiciū inopis: et vindictā pauperꝝ. Verūtamen iuſti confitebūtur noi tuo: et habitabūt recti cū vultu tuo. Gloria patri. an. A viro iniquo libera me dñe. ps. cxl.

Domine clamaui ad te exaudi me: intēde voci mee cū clamauero ad te. Dirigatur oīo mea ſicut incenſu in cōſpectu tuo: eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. Pone dñe cuſtodiā oꝛi meo: et hoſtiū circūſtātie labiis meis. Nō declīes coꝛ meū in vba malicie: ad excuſandas excuſationes in pctis. Cū hoibꝫ opantibꝫ iniqtatē: et nō cōmunicabo cum electis eoꝝ. Corripiet me iuſtꝰ in mia et icrepabit me: oleū autem pctōris nō impiguet caput meū. Qm adhuc ⁊ oīo mea in bñplacitis eoꝝ: abſoꝛpti ſūt iūcti petre iudices eoꝝ. Audiēt vba mea qm potuerunt: ſicut craſſitudo terre erupta ē ſup terrā. Diſſipata ſūt oſſa nrā ſecꝰ infernū qꝛ ad te dñe dñe oculi mei: in te ſꝑaui nō auferas aiaꝫ meā. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerūt m: et a ſcādalis opantiū iniqtatē. Cadēt in retiaculo eiꝰ pctōres: ſingulariter ſum ego donec tranſeā. Glia. an. Dñe clamaui ad te: et exaudi me. ps. cxli.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dominū dꝑcatꝰ ſū. Effundo in conſpectu eius orationē meā: et tribulationē meam ante ipm pnūcio. In deficiēdo ex me ſpiritū meū: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabam: abſcōderūt laqueum michi. Conſyderabā ad dexterā ⁊ videbā: ⁊ nō erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me: et non eſt q reqrat aiam meam. Clamaui ad te dñe: dixi tu es ſpes mea portio mea in terra viuentiū. Intēde ad dꝑcationē meā: qꝛ huiliatus ſū nimis. Libera me a perſequētibꝫ me: qr confortati ſũt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meã ad confitendum nomini tuo: me expectãt iuſti donec retribuas michi. Gloria. an. Portio mea dñe ſit in terra viuentium. Capitl. Dñs autẽ dirigat. ym.

Plaſmator hois deus q̃ cuncta ſolꝰ ordinãs: humum iubes pducere reptantis et fere genꝰ. Qui magna rerũ corpa dictu iubentis viuida: vt ſeruiãt p ordinẽ ſubdẽs dediſti hoi. Repelle a ſeruis tuis quidqd per imũdiciã aut moribus ſe ſuggerit aut actibꝫ ſe iterſerit. Da gaudiorꝫ pmia da gratiarũ munera: diſſolue litis vincula aſtringe pacis federa. Preſta pr̃ piiſ. ỽ. Dirigatur. Per eſtatẽ. ym. Lucis creator ỽ. Dirigat. an. Suſcepit deus iſrl puerũ ſuũ ſicut locutus eſt abrahã ⁊ ſemini eiꝰ et exaltauit humiles vſqꝫ in ſeclm. ps. Magnĩ. Preces ⁊c vt ſ in .ii. fe ad mat.

Non dr̃ ad vẽs iſte ps. cxlii.

Domine exaudi orõnẽ meam auribꝫ percipe obſecrationẽ meam in veritate tua: exaudi me in tua iuſticia. Et nõ intres in iudicium cũ ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo oĩs viuens. Quia perſecutus eſt inimicꝰ animã meã: humiliauit i terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatꝰ eſt ſuper me ſpũs meꝰ: in me turbatũ eſt cor meũ. Memor fui dierꝫ antiquorꝫ meditatꝰ ſũ in oĩbꝫ opibꝫ tuis: in factis manuum tuarꝫ meditabar. Expãdi manꝰ meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me dñe: defecit ſpũs meꝰ. Non auertas faciẽ tuam a me: et ſimilis ero deſcendentibꝫ in lacũ. Auditã fac michi mane miam tuã: qr in te ſperaui. Notam fac michi viam i qua ambulẽ: qr ad te leuaui aiam meam. Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere volũtatem tuam: qr deus meꝰ es tu. Spũs tuus bonꝰ deducet me in terram rectã: ppter nomẽ tuũ dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatiõe aĩam meam : et in mĩa tua disꝑdes oẽs inimicos meos. Et perdes oẽs q̇ tribulãt aĩam meã : qm̃ ego seruꝰ tuꝰ sũ. ¶ Sabbõ ad vps. ps. cxliii.

